



EX

7481

biu  
2  
3



EXTRACTVS LEGVM  
DE  
*1000*  
S T A T V M  
BIBLIOTECA ASTREI  
Colecție pentru lit. română și români  
Conducător: Gheorghe  
M 259  
ECCLESIASTICO  
CATHOLICO  
IN  
REGNO HVNGARIAE  
LATARVM.



55

1 7 9 2

445 57

46

7481



4042

P R A E F A T I O.

*V*sus sum in concinnando hoc Sche-  
diasmate editione corporis iuris Hunga-  
rici Tyrnauiensi de 1751<sup>mo</sup>, praeterea  
Vestigiis Comitiorum, industria Georgii  
Kovachich editorum, imo & Supplemen-  
tis proxime per eum edendis, quae,  
praesertim vero regestum Sigismundi mul-  
tis obscuris legibus lucem affundens,  
quod mecum liberaliter communicauerit,  
hisce gratus agnosco. Decretum tamen  
diaetae Hatvaniensis, inter leges non  
citaui, cum antiquum ante duo secula  
scriptum codicem repererim, in quo idem  
praemissa rubrica: Articuli per Regem  
non approbati continetur.

*Conabar omnimode leges ad iniui-  
rem combinare, & spero nullam, quae  
huc spectet, nec abrogata sit, a me in-  
termissem esse. Illustrationis cuiuspiam  
causa, ad plerosque paragraphos, data  
nonnulla diplomatica & diaetalia, quae  
ad manus erant, adnexui, combinatio-  
nem interea, quae iuris, & quae facti  
sunt, velut & reflexiones meas, cuius-  
vis lectoris iudicio relinquens. Dabam  
ad amnum Ikva, 26<sup>ta</sup> Aprilis 1792.*

---

ELEN-

---

## ELENCHVS CAPITVM.

---

	Pag.
CAPVT I. De clero & rebus ecclesiasticis in genere. - - - -	
II. De Praelatis. - - - -	9
III. Archi & Episcopi. - - - -	13
IV. Archiepiscopi. - - - -	20
V. Archiepiscopus Strigoniensis. - -	21
VI. Archiepiscopus Colocensis. - -	25
VII. De episcopis. - - - -	26
VIII. De episcopo Varadiensi & Zagrabiensi. - - - -	29
IX. De Abbatibus & Praepositis. - -	31
X. De Abbatibus & Abbatii. - -	33
XI. De Praepositis & Praeposituris. -	35
XII. De capitulis & conuentibus, in quantum communia iura & obligationes habent. - - - -	38
§. 1. Nomenclatio illorum - - - -	38
§. 2. Requisita subiectorum. - - - -	38
§. 3. Obiecta locorum credibilium. - -	39
§. 4. Limites iurisdictionis. - -	40
§. 5. Sigillum, protocolum. - - - -	41

CAP.XII. §. 6. Forma expeditionis litterarum.	42
§. 7. Taxa. - - - -	43
§. 8. Circa propria negotia. - - - -	44
§. 9. Poenae. - - - -	44
§. 10. Reliqua. - - - -	45
— XIII. De Capitulis. - - - -	46
— XIV. Conuentus & religiosi ordines.	49
— XV. De Parochis. - - - -	54
— XVI. De decimis. - - - -	60
§. 1. Cui praestanda, - - - -	60
§. 2. A quibus rebus praestanda est? 65	
§. 3. Quis pendet decimam? - - - -	73
§. 4. Exempti a decima - - - -	78
§. 5. Quantum praestatur titulo decimae ? - - - -	85
§. 6. Tempus quo desumitur. - - - -	90
§. 7. Redemtio decimae. - - - -	90
§. 8. De Arenda. - - - -	94
§. 9. Modalitas decimandi. - - - -	96
§. 10. Causae cur decimae praestentur, & de pecunia christiani-tatis. - - - -	100
§. 11. Causae decimales. - - - -	103
§. 12. Poenae. - - - -	104
§. 13. Obligatio a decimis. - - - -	109
§. 14. De insurrectione personali.	113

CAP.XVI. §. 15. De insurrectione generali, seu statutione gentium. - - -	114
§. 16. Poenae circa insurrectionem quoad ecclesiasticos sanctitatem. - - -	126
- XVII. De Praedialibus ecclesiarum. - - -	128
- XVIII. Nonnulla obiecta, cum obie- ctis ecclesiasticis nexum ha- bentia. - - - - -	131
§. 1. De Scholis. - - - - -	131
§. 2. De Xenodochijs. - - - - -	132
§. 3. De ecclesiis. - - - - -	132
§. 4. De festis diebus. - - - - -	133
§. 5. De asylo. - - - - -	133
§. 6. De blasphemis. - - - - -	134
§. 7. De haereticis. - - - - -	134
§. 8. De Graeci ritus unitis. - - - - -	135
- XIX. De iudiciis ecclesiasticis. - - -	136
- XX. De Pontifice Romano. - - - - -	152
- XXI. Iura regis circa obiecta eccl- esiastica. - - - - -	159

## REFLEXIONES IN PRAEMISSA.

AD CAPUT Ium, §um 4tum. De bonis ecclasia- sticis. - - - - -	179
- II. §. 2. De officiis secularibus an ecclesiasticis conferendis. - - -	189

<b>AD CAP. V.</b>	<b>De Archiepiscopo Strigo-</b>	
	<b>nienfi.</b>	- 139
<b>— VI &amp; VIII.</b>	<b>De Archiepiscopo Colo-</b>	
	<b>censi &amp; Episcopo Var-</b>	
	<b>dienfi, quoad fora.</b>	- 193
<b>— XII.</b>	<b>§. 3. Obiecta locorum credi-</b>	
	<b>bilium.</b>	- - - 194
	<b>§. 10. De sessione &amp; voto ca-</b>	
	<b>pitulorum in comitiis.</b>	195
<b>— XV.</b>	<b>De Parochis.</b>	- 196
<b>— XVI.</b>	<b>De decimis.</b>	- 197
<b>— XVIII.</b>	<b>§. 7. De Haereticis.</b>	- 203
<b>— XIX.</b>	<b>De iudiciis ecclesiasticis.</b>	- 205
<b>— XX.</b>	<b>De pontifice Romano.</b>	- 211
<b>— XXI.</b>	<b>De Rege.</b>	- 212

---

BIBLIOTECĂ „ASTREI”  
(Asociație pentru lit. rom. și cultura poporului român)



Centrala Sibiu.

Mr. 259 I

## C A P U T E

*De clero & rebus ecclesiasticis in genere;*

### S. I.

Ecclesiastici conjugati esse nequeunt; 1.) extra ecclesias missas non celebrant, nisi in itinerè sub tentoriis; 2.) rusticae originis ne sint, statuitur 3.) quidem, sed cum recentiori aeuo, ipsi Episcopi natiuitate ignobiles admittantur, 4.) legem hanc implicite sublatam esse, affeueramus. Duo beneficia simul tenere, 5.) prohibentur, licet hoc quoque admissum esse, leges, quibus vni eidemque ecclesiasticae personae, plures tituli ecclesiastici, citra villam reclamationem tribuntur, 6.) arguento sunt. Adultos, non  
iuue-

- 
- 1.) Colom. II. 4, 9, 10. 2.) S. Ladisl. I: 29. 3.)  
222. Kollar in originibus. 4.) 606: ad 5tum.  
608: a. e. 6. 5.) 498: 56. 500: 31. 504:  
27. 507: 13. 514: 59. ( 518. Bach. 17, 26.  
519. Bach.) 548: 6, §. 7. 647: 98. 6.) 556: 7.  
604: 8, §. 18. 613: 8, §. 2. 618: 49, §. 3. 622:

iuienes , nec idiotas , 7.) esse oportet. In residentia , nequaquam Romae , habitare iubentur , 8.) a rege , vel ius patronatus habente , beneficia & quidem non extraneis , sed incolis regni , 9.) conferri debent , & hi posteriores eadem in proprium vsum 10.) reservare non audent.

\* \* \* (Vide p. 6.)

§. 2.

Amittunt beneficium,— a) criminis laesae maiestatis rei. 11.) — b) contra statuta regni agentes. 12.) — c) Si causam , forum seculare concernentem , ad litteras praeceptorias , ad idem non transmittant. 13.) — d) Roma conqueatum , id est litteras apostolicas impen trantes. 14.) — e) Ad curiam Romanam ha bitantes. 15.) — f) Qui sine consensu regis , litteras apostolicas , legatorum , & iudicum ,

ac

---

36. §. 24. & in confirmationibus 608. 609. 625. 630. 635. 638. 649. 655. 659. 662, 681, & 729: §. 2. 3. 7.) 498: 67. 8.) 495: 30. 498: 56. 723: 55. 9.) (447. 458: 6. ) 458: 7. (472: 3.) 495: 31. 498: 56. (525. Rakos. 2.) 569: 36. 10.) 569: 36. 11.) 2dae: 44. 12.) 507: 8. 13.) 492: 46. 14.) 471: 19. 15.) 498: 56.

ac officialium curiae Romanae, nec non citationes, executiones, processus, tam in beneficialibus, quam in foro contentioso per iudices papales emanatas; publicant, & exequuntur. 16.) — Qui ab alio tandem, quam a rege, vel ius patronatus habente, beneficia sibi procurant, ad aquam plane 17.) proiciendi sunt.

§. 3.

Vna & eadem qua seculares praerogativa gaudent, 18.) prout & ipsimet tam in Hungaria, quam annexis regnis, iisdem iuribus fruuntur. 19.) Rex, qui supremus ecclesiarum patronus est, 20.) de libertatibus illorum conseruandis iurare solet, 21.) vicissim & illi ad homagium fidelitatis regi praestandum obligantur. 22.) Ad cancellariam regiam applicandi veniunt, 23.) non tamen ad thesaurarium regni, 24.) nec ad honores & officiolatus comitatus, nisi a sanctis regibus priuilegia sibi collata habeant. 25.) At telo-

A 2

16.) (404: 5.) 17.) 495 : 31. 18.) 1mæ: 2. 19.)  
647 : 57. 20.) 723 : 71. 791 : 23. 21.) 490:  
§. 2. 687 : 1. 715 : 2. 741 : 2. 791 : 2. 22.)  
1mæ: 12. 23.) 741 : 13. 24.) 681 : 14. 25.)  
498 : 57. 504 : 2.

niis, tricesimis, & decimis, prout nobiles, sunt immunes, 26.) & venari non audent. 27.)

§. 4.

Secularia bona, non nisi cum dispensatione regia, ecclesiis vendi, aut oppignorari, sed & viciissim bona ecclesiarum a secularibus teneri nequeunt, licet sufficientia in legibus inueniamus exempla, reges bona ecclesiastica ademisse, inscripsisse. 28.) Rex in bonis illorum, nec victualitatum, nec hospitalitatum exactiones facere, sed nec expensis illos grauare potest, 29.) & in domibus, curiisque ipsorum, militibus 30.) condescendere vetitum. Si extranei sint, taxam regno deponunt. 31.)

\* \* \* (Vide p. 7.)

§. 5.

- 26.) 458: 10. 498: 35. 574: 22, §. 6. 27.) S.  
**Ladislaus I:** 12. 28.) Colom. I: 1, 16, 18. 351.  
 §. 11. 439: 21. (458: 20.) 498: 55, 65. 537:  
 19. 542: V: 3. 548: 8. 567: 31, §. 9, 12, 13.  
 587: 39. 613: 2. 622: 8. 630: 46. 647: 17.  
 715: 16, §. 4, 5. 29.) 439: 18. (458: 18.) 50.)  
 464: 28. (470: 6.) 471: 9. (472: 6. 521:  
 25. 523: Bud.) 536: 2. 538: 10. 543: 24.  
 567: 39. 595: 27. 600: 20. 618: 58. 635:  
 46. 638: 44. 662: 2, §. 3. 681: 22. 715: 43,  
 §. 5. 31.) 741: 17. 791: 70.

## §. 5.

In causis suis cum saecularibus obortis, eadem, qua hi ratione iudicantur, easdemque ad iniucem poenas incurront. Si vero ecclesiastici capite plectendi sint, degradatio praecedere debet. 32.) Durante lite, pro causa, de qua agitur, interdictum sine scitu regio ponere nequeunt. 33.) Seculare forum ecclesiasticas, & viceversa causas non iudicat, dubio oberto, rex quoniam spectet, decidit. 34.) Debita ipsorum iudex de rebus mobilibus, sed & iuribus possessionariis ecclesiae exequitur. 35.) Bona denique ipsorum, sub euictione regis sunt. 36.)

\*     \*     \*

(Vide p. 7.)

## §. 6.

Exceptis praelatis 37.) reliqui omnes ecclesiastici habent — a) ius testandi, — b) ab intestato decedentibus fratres superstites —

A 3

c) si

32.) 351:1, 20. 439: 38. (447. 458: 39.) 464: 14. 486: 28.  
57, 72. 492: 76, 77. 514: 32. 1mz: 12. 2dz:  
44, 48. 647: 16. 33.) 351: 1. 486: 28. 34.)  
Sigism. II: 14. III: 12. (447.) 35.) 2dz:  
45. 36.) S. Steph. II: 1. 37.) 598: 40. 715:  
16, §. 3.

c) si fratres superstites non sint, praelati eorum succedunt. 38.) Huic postremo puncto tamen, de praelatis nempe, ab exemplo episcopi Jauriensis, quoad canonicos derogatum 39.) esse videtur.

\* \* \* (Vide p. 8.)

§. 7.

Dum nobiles, ecclesiastici quoque contribuere, 40.) insurgere solebant, decimas etiam defumunt, 41.) & contradictio cleri aliquot legibus opposita, pro non obstante declaratur. 42.)

\* \* \*

**Ad §. 1.** Adhuc tamen 1447<sup>mo</sup> clericos coniugatos deprehendimus. Benkö enim in sua Milkovia P. I. p. 251. inter statuta per visitatorem archiepiscopi Strigoniensis in Decanatibus Cibiniensi & Brassouensi condita vnum refert, quo clericis coniugatis, priuilegium clericale tribuitur, clericis tamen bigamis, videlicet qui viduam mulierem, vel corruptam, vel duas virgines successiue duxerint

38.) 557 : 10, §. 5. 39.) 647 : 102. 40.) 542 : V. 35. VI : 27. 596 : 10. 598 : 15 & alibi passim. 41.) Vide Capite 16to, §. 13-15. 42.) 647 : 5. 681 : 26. 687 : 21. 791 : 26.

xerint in uxores, nec tonsuram clericalem,  
nec privilegium clericale admittit.

1646<sup>to</sup> inter grauamina, 107<sup>mo</sup> vrse-  
runt status, vt contra sacros canones, nemo  
spiritualium & ecclesiasticarum personarum,  
praeter vnum beneficium tenere poslit, vt ab  
iis, qui plura possident, auferantur, pro vno  
vnum reliquatur, caetera aliis conferantur, re-  
uocandosque censuerunt articulos 13: Wlad.  
D. VI. 59: VII. & 56: III. cancellarii tamen,  
qui continue in aula occupatur, pluribusque  
expensis grauatur, merito rationem haben-  
dam esse. Imperator reposuit: „ obseruen-  
tur articuli citati, cancellarii vero suae ma-  
iestatis aulici, exemplo Wlad. IV: 31. respe-  
ctus habeatur.” Inde enatus est 98: 647.

\* \* \*  
Ad §. 4. 1560. §. 7. Ferdinandus I. in  
decreto suo, extra comitia dato, reuocat  
omnes donationes bonorum ecclesiasticorum,  
secularibus factas.

\* \* \*  
Ad §. 5. In diario diaetae 1729<sup>ni</sup> ad  
9<sup>am</sup> Augosti refertur, clerum praetendisse,  
quod in actibus personalibus, a iurisdictione  
secularium immunis sit. Status nihilominus  
contrarium sentientes, opposuisse 12, 44: 2<sup>de</sup>,  
ac 16: 647.

\* \* \*

Ad §. 6. 1619. Inter grauamina status Catholici in comitiis exhibita, vnum est sequentis tenoris: „Postulatur, ne praelatis & ecclesiasticis personis decedentibus, res & bona ipsorum mobilia & immobilia, aquisititia, patroni ecclesiarum, praelati, collatores beneficiorum, sive camera regia, fratribus & legatariis defunctorum superstribus, quo quis modo sine praetensione occupent & distrahanter. Cum praelati & ecclesiasticae personae aequali cum dominis baronibus, nobilibus, libertate gaudeant, aequum est, ut uterque status quoad sua aquisititia parem habeat libertatem.”

1681. Joannes Vizer & Stephanus Döloczky, ablegati Bazinienses in comitiis, notant in suo diario ad 16<sup>am</sup> Julii: „Accersuntur decem transdanubianorum comitatum compilatores per archiepiscopum Strigonensem, inuehitur in illos, qua auctoritate prae sumserint grauaminibus inferere libertatem cleri de libera dispositione restringendam; compilatores enim vi instructionum suarum apposuerant, clericis licere de suis quaesitis in duabus portionibus disponere, salua tertia ad rationem confiniorum eo facto manente,

man-

mandat sub poena excommunicationis delendum, afferendo esse priuatum, ita fulmine isto territi obsequuntur. „ Ad 12<sup>am</sup> autem Augusti grauamina suisse apud Status lecta, & inter haec: „ ut clerus ex aquisititiis suis de duabus partibus habeat facultatem disponendi, salua tertia pro confiniis simpli- citer permanente. “

---

## C A P U T II.

### *De Praelatis.*

#### § I.

**A**d statum Praelatorum in decreto 1608 vi episcopi quidem tantum referuntur, a) cum tamen ante b) & post c) hanc legem, abba- tes quoque et praepositi, immo et canonici, si tabulae regiae asseffores fuere, praelatorum nomine veniant, quae communia inuicem ha- bent, videamus.

#### § 2.

In comitiis adeoque legislatione, praela- tos partes suas habuisse, ex sequentibus ca-

A 5

piti-

---

a) p. c. I: §. 4. b) (231: 2. 459: 3. 521: Bud. 34.) c) 715: 16.

pitibus vberius patebit. Sed & inuitis Prae-latis leges latae sunt. d) Quamuis porro bis, ne spirituales personae officia Secularia tenere valeant, statutum inueniam, e) praelatos tam & in consilio regio, f) et in judiciis, tam tabulae regiae, quam septemuiralis et Sclauoniæ g) adhibitos lego. Applicabantur etiam in legationibus, h) in neo-aquistica, i) elaborando regni Systemate, k) emendatione legum, l) in abrogandis siccis teloniis, m) li-mita-

---

- d) 495: 31. 514: præf. §. 4. 542: V. 36.  
 550: 34, 64. e) 439: 8. ( 458: 8.)  
 f) 403: §. 11, 16. 486: 60. ( 525: 1.) 542:  
 VI: 30. 723: 97. g) Sigism. I: §. 9. II. 14, §. 2.  
 III. 12. §. 2. ( 447 ) 462: 1, §. 10. 478: 12.  
 486: 18. §. 4. 492: 37, §. 3. 495: 8. 498: 2,  
 §. 5. 7. 500. 10. ( 518 Bach. 40. ) 557: 13,  
 §. 3. 559: 38, §. 2, 3, 8. 566: 22. 567: 24,  
 §. 9. 26. 572: V. 4-7. 574: 17. 575: 3.  
 582: 4. §. 4, 6, 5. 587: 30. 601: 33, 34.  
 609: 70. 618: 64. 622: 43. 625: 51. 630:  
 45. 635: 14. 638: 23. 647: 103. 655: 51.  
 662: 28. 681: 28. 687: 15. §. 2. 715: 24.  
 §. 4. 723: 24. 741: 24. 751: 26. h) 596:  
 60. 609: 68. 630: 26. 638: 39. 647: 72.  
 649: 28. 681: 24. i) 715: 10, §. 3. k)  
 715: 59. l) 715: 24. m) 635: 72.  
 647.

mitaneis, n) & diuerfis aliis commiffionibus.  
o) Coronam tamen tenere nequeunt. p) Praefiant iuramentum super bonis non dilapidandis, & si quid in ecclesiis & beneficiis suis defolari permittunt, rex bona illorum sequestrat. q)

### §. 3.

Praelati, qui sedis iudicariae affeffores fuit, tempore discussionis caufae fuae exeunt, r) cum baronibus & nobilibus, vno & eodem iuridico processu vtuntur, s) homagium eorundem centum marcas facit, & pro decem nobi-

647: 91. 649: 77. 655: 29. n.) 550: 41.  
44. 582: 6. §. 24. 587: 33. 598: 36. 599:  
44. 602: 23. 604: 15. 613: 26. 618: 12.  
625: 23. 635: 54-58. 638: 37. 647: 70.  
649: 27, 72, 655: 30, 82. §. 7. 662: 37. §. 4,  
7, 38. 681: 23. 715: 39, 116. 723: 17. 751:  
26. 765: 16. 791: 68. o) (518 Tol. 7.)  
550: 70. 595: 44. 597: 11, 32. 601: 7.  
603: 4. 606: in conf. cum Boëmis. 609:  
60. 618: 26, 32. 625: 15. 630: 14, 24.  
635: 33, 60, 64. 638: 52. 647: 45, 71, 151.  
649: 32, 99. 655: 8, 42, 66, 100. 659: 51.  
662: 42. 681: 11, 16. 715: 43. §. 6, 112, 113.  
723: 45. 791: 67. p) 498: 25. q) 553: 8. §. 8.  
723: 71. r) 500: 8. s) 1x: 2. 625: 46.

649



nobilibus iurant, t) cum capitulo vel conventu indiuisi, simul cum eodem, diuisi separatim conuincuntur, iureque pupillari gaudent, et propter actum potentiarium praedecessoris sui ad Curiam regiam si euocati non fuerint, non condemnantur, sed iudicium impendunt. u) Prout beneficia ecclesiastica in genere, ita praelaturas quoque alienigenis v) conferre nefas, immo olim x) nobiles etiam eos esse oportebat, cui tamen iam per verba: *condigna ratio prae ceteris* y) derogatum est.

#### § 4.

De rebus mobilibus aquisitis praelati, si conuentioni Kellonichianaे stare nolint, ea quae rex admittit ratione, tantum disponere possunt. z)

\* \* \*

Koller in episcopatus Quinque ecclesiensis historia T. I. producit Synodi antiquae canones, inter quos CXII<sup>us</sup>: „Episcopus si tres partes de aquisitis in utilitatem ecclesiae fideliter contulisse videtur, licet ei  
age-

---

649: 84, §. 4. t) 1<sup>æ</sup>: 2. 2<sup>dæ</sup>: 40. u) 2<sup>dæ</sup>: 50,  
51. v) (458: 6.) x) 521: 34: y) 606:  
ad 5<sup>tum</sup> §. 3. z) 598: 40. 715: 16. §. 3.

agere de quarta quod voluerit." Canon CXIII<sup>us</sup>, Episcopis qui iam obierunt, neque ecclesiae suae providerunt, sed tantum filios suos ditaverunt, placuit inde mediatem auferre et ecclesiae reddere."

---

### C A P U T III.

#### *Archii & Episcopi.*

§. 1.

**A**rchii et episcopi in iis, quae ad cultum spectant, seculares sibi obedientes habent, 1.) a pontifice confirmantur, bullas ea propter redimunt, & hac de causa semel a plebanis charitatum subfidium exigunt, ius etiam consecrandi suffraganeos, sacros ordines impertituros, a papa accipiunt, 2.) tonsuram clericalem dant, 3.) plebanis item inuestituram, 4.) canonicatus ac alia beneficia, obtento praeueie eadem a rege conferendi iure, conferunt, 5.) vicarios, non tamen forenses, archi-

---

1.) 550: 16. 2.) 498: 69. 500: 38. 504: 12. 1æ:  
10, §. 3. 11. 548: 9. 550: 14. 3.) 222. Kol-  
lar de orig. 4.) 498: 66. 504: 26. 5.) 486:  
10. §. 8. 495: 31. 498: 67, §. 2. 526: 21.  
609: 73, §. 33, 38. 647: 102. 723: 55.

archidiaconos item & vicearchidiaconos constituant, per eos ecclesias visitant, et munia sua obeunt, 6.) in suis dioecesis resident, nisi publicis regis & regni, aut dioecesis suae negotiis praepediantur, 7.) monasteria pro lubitu intrant, ipsimet, aut per vicarios, praepositos, vel alios ecclesiasticos eadem visitant, ac praepositos et abbates inobedientes deponunt 8.)

### §. 2.

In collatione episcopatum, nobilium praeceteris condigna ratio habenda 9.) nec extranei sint; secus illis decimas denegare licet, 10.) quamuis per depositionem mille aureorum ab extraneis postulatam 11.) legi huic derogatum esse videatur.

### §. 3.

In comitiis episcopis solummodo illis, quibus praepositus cum capitulo est, lex ius suffra-

- 6.) 495: 32. 500: 35. 548: 6, 10. 550: 13,  
14. 557: 10. 559: 41. 7.) 548: 6, §. 8.  
723: 55. 741: 16. 8.) S. Ladisl. I: 21.  
(458: 57.) 486: 12. 9.) 514: 24. 606: ad  
5tum §. 3. 10) 569: 35. 572: IV. 8. 11.)  
741: 17. 791: 70.

suffragii concedit 12.) Sed quem locum quiuis eorum teneat, nulla lege definitum est; licet ab anno 1435<sup>to</sup> vsque annum 715<sup>tum</sup> primo semper loco, post archiepiscopos, in decretis Agriensis episcopus positus fuerit. In consilium, ne alii, quam episcopales suas residentias, vel iura possessionaria episcopalia habentes admittantur, pluribus quidem vicibus statutum 13.) fuit, per generalem tamen expressionem: *e statu praelatorum, 14.) item: venerabilis cleri 15.)* in recentioribus legibus adhibitam, lex illa sublata esse videtur.



1619. inter grauamina statuum fuit:  
 „hoc loco etiam articulum post coronationem anni 608<sup>ui</sup> confirmatum volunt, vt episcopi et praepositi titulares a suffragiis dannis arceantur.”

1681. unus ex alegatis comitatus Gömöriensis refert in suo diario comitiorum lingua hungarica confecto, in sessione 20<sup>ae</sup> Augusti clerum voluisse, vt episcopi et abbates

12.) S. Lad. præf. item I: 37. 608: p. c. 1, §. 4.

13.) 606: ad statum, §. 3. 608: a. c. 6.647: 9).

14.) 723: 97. 15.) 741: 13.

bates titulares in comitiis sessionem ex eo fundamento habeant, quod personaliter insurgere teneantur; nobiles inhaesisse articulo 608<sup>ui</sup> & reposuisse, etiam nobiles personaliter insurgeare debere „de ugyan a' gyülésben személy szerint nem lehet ülések.” Dein ad 12<sup>am</sup> Augusti inter grauamina lectum esse, ut titulares episcopi locum in sessionibus non habeant:

1741. vero legi in actis comitiorum, statibus ne indigenae impositionati per regales ad diaetam euocentur, postulantibus, reginam reposuisse; id continuo usui repugnare, secus etiam titulares episcopos a frequentandis sessionibus diaetalibus excludi debere, Status vero respondisse; titulares episcopos, velut alias quoque in regno beneficiatos et possessionatos, vel per ipsam collati iisdem, in ecclesiis ad sacram regni coronam pertinentibus iuris possessionem, sessione voto que non immerito gaudere.


#### §. 4.

Num comites esse possint comitatum, saepius quidem agitatum fuit, 16.) quoad Agrien-

---

16.) 498: 57. 504: 2. 606: ad 5tum, §. 4. 608:  
a. c. 6, §. 1. 609: 23.

Agriensem episcopum tamen peculiari lege, ut  
comitatus Hevesiensis ecclesiae ejusdem 17.)  
annexus sit, sancitum fuit, & ab exemplo da-  
torum Strigonienſi 18.) ac Colocenſi 19.) ar-  
chiepiscopis, Agriensi 20.) item, Nitriensi 21.)  
Vesprimienſi 22.) & Bosnenſi \*) episcopis  
titularum, iphis legibus indultum est.



De episcopo Magno-Varadiensi Jaurienſi &  
Quinqueecclieſi, Csanadienſique ut  
supremis comitibus in legibus nullum ve-  
ſtigium. Prior a Mathia I. obtinuit pri-  
vilegium eatenus, de reliquis non conſiat.

### §. 5.

Erunt porro nonnulli archi et episco-  
porum cancellarii, 23.) vicecancellarii,

17.) 514:56.18.) In confirmationibus decretorum 351:  
§. 3. 384: §. 12. 791: 67. 19.) In confirmationi-  
bus decretorum 659: §. 2. 662: §. 2. 20.) 751: 26.  
765: 16. 21.) 606 in conf. cum Boemis,  
concl. 608: §. 4. 662: §. 2. porro 662:  
37, §. 7. 751: 26. 22.) 606 in conf. cum  
Boemis, et confirm. 729: §. 2. \*) 765: 16.  
23.) Sigism. II: 21, §. 7. 486: 78, 6. §. 4. in con-  
firm.

24.) consiliarii actuales intimi, 25.) consiliarii regii, 26.) supremi capitanei, 27.) locumtenentes regii, 28.) bani Dalmatiae, Croatiae, & Sclavoniae, 29.) personalis praefentiae regiae locumtenentes, 30.) cardinales, 31.) & ante prohibititiam legem thesaurarii 32.) pro rege Mathia cauerunt aliqui, contributionem in uitis statibus regem non impositurum, 33.) in taxatione, velut & insurrectionis impositione ad plebanos, priuatarum ecclesiarum praeposi-

firm. 492: §. 1. 500: 31; confirm. 514, item tripartiti, (518: Toln. 13. Bach: 39. 519: Bach. 595.) in tractatu Transylv. 606 in conf. cum Boëmis; confirm. 608: §. 4. 729: §. 2. 649: 27. 662: 37, §. 7. 681: 23, §. 3. 24.) In concl. 351: §. 2. 25.) 715: 24. 72. 723: 17, §. 6. 751: 26. 765: 16. 791: 67. & concl. 662 §. 2. 729: §. 2. 26.) 723: 17, §. 6. 765: 16; & confirm. 608: §. 4. 609: §. 3. 687: §. 1. 27. 555: 4. §. 2. 28.) 604: 8, §. 18. 29.) In confirm. 514: & tripartiti. 30.) In concl. 504: §. 4. 31. Sigism. II: 21, §. 9. 569: 35. 791: 67. & confirm. 486: §. 5. 498: §. 4. 500: §. 4. 514: §. 4. tripartiti, 687: §. 2. 723: §. 3, & 1765. 32.) (518: Toln. 13. Bach: 39, 519: Bacs.) 547: 9; & conf. 486: §. 5. 514: §. 4 & tripartiti. 33.) (470)

positos &c. vnam personam adiungunt 34.) & in re studiorum qua delegatis regiis, inspectio seminariorum, conuictuum, ac collegiorum illis interdum desertur. 35.)

### §. 6.

Procuratores propriis litteris & sigillis constituant, 36.) de bonis suis disponere nequeunt, 37.) auulsa ab ecclesiis bona, plebanis nolentibus, via iuris repetunt, 38.) subsidium subalterno clero impositum, ad casum non praestationis, illi ex decimis suis supplere tenebantur, 39.) & ab exemplo episcopi Jaurinensis, nec de aquisitis canonicorum ab intestato decedentium disponunt, nec in iuridicas illorum executiones se immiscent. 40.)

CA-

---

34.) 542: V: 35. VI: 27. 741: 63. §. 14, 16. 35.)

729: 21. 36.) 2de 13, §. 6. 37.) S. Steph.

II: 35. 723: 71. 38.) 557: 11. 39.) (518: Bach:

19. 519: Bats.) 40.) 647: 102.

B 2

## C A P U T IV.

*Archiepiscopi.*

**P**rimum archiepiscopi prae episcopis tenent locum, 41.) ab ordinariorum foris, per viam appellationis causae ad eos deducuntur, 42.) & in puniendis ecclesiasticis, qui semet a diaeta absentant, partes suas habent. 43.) Praeter Strigonensem & Colocensem, in legibus adhuc occurunt Jadriensis, Raguiensis, & Spalatenensis 44.) archiepiscopi. De tribus his posterioribus nihil peculiaris in legibus statuitur,

CA-

- 
- 41.) Vide confirmationes decretorum. 42.) S.  
Ladisl. I: 4. 495: 10. 638: 31. 43.) 662: 53.  
44.) In confirm. 351: §. 2. 384: §. 13. Sigism. II.  
§. 9.

## C A P U T V.

*Archiepiscopus Strigoniensis.*

## §. I.

**A**rchiepiscopus Strigoniensis, primas regni est, 45.) primumue, aliquot vicibus exceptis 46.) semper in decretis regum occupauit locum, 47.) ecclesia eiusdem metropolitana compellatur, 48.) summus secretarius cancellarius regius est, ideo iudex regni ordinarius, ac personalis praesentia regia, qua de causa sigillum duplex regium illi competit, 49.) sacri Romani imperii princeps audit 50.) legatusque natus est, 51.)

## §. 2.

§. 9. VI: §. 5. 45.) 536: 15; confirm. 608: §. 5. 715: 8, 16, 23, III. 723: 96. 741: 10, II. 751: 3. 791: 65, 67. 46.) Sigism. II: 21, §. 9. 486: 78, §. 5. 47.) 550: 18 & in confirmationibus decretorum. 48.) 638: 31 & in confirm. ab anno 1625. 1691. In confirm. 500: §. 4. 504: §. 4. 608: §. 5. 536: 15. 741: 10. 751: 3. 50.) 715: III. 791: 67. & in confirm. ab anno 1715. 51.) In confirm. 500, & 608. 791: 67.

B 3

## §. 2.

Ad praerogatiwas illius in legibus pertinet, quod — regem libertatem ab Andrea II do concessam, confringere volentem, praemissa legitima admonitione, vinculo excommunicationis innodandi potestatem habeat; 52.) — ubi de summis reipublicae negotiis agitur, consulendus sit; 53.) — in iudicio per officiales iuret, 54.) — du*o* illius homines iudiciis tabulae regiae interfint, 55.) — in cursive monetae homo ejusdem pisetarius dictus, qua homo regni adhibetur, hic autem, ne aurum & argentum non cufum efferatur, inuigilet, prouentus etiam exinde, pisetum dictos, ex quibus quinque millia florenorum pro coniunctu nobilium Tyrnauensi fundati sunt, archiepiscopus percipiat, 56.) — ac praediales nobiles habeat, qui a vicecomitibus & iudi-

- 
- 52.) In concl. (231 & 267.) 53.) 536: 15. 662:  
22. 715: 8. 741: 11. 791: 65. 54.) 550: 64.  
55.) 557: 13. 567: 26. 56.) 342: §. 3, 9, 14,  
16, 21, 39 -- 41, 54 -- 56. 439: 10. (458: 10.) 521:  
(14.) 19. 553: 23, §. 3. 554: 17. 557: 15. 559:  
46. 563: 73. 622: 46. 659: 72. 741: 43.

dicibus nobilium taxantur, & vna cum colonis eiusdem immunes sunt. 57.)

\* \* \*

**1211.** Andreas II. gratias egit pontifici, quod ius coronandi reges soli archiepiscopo Strigoniensi tribuerit. Koller hist. episc. Quinqueeccl. T. I. p. 348.

**1239.** a Bela IV<sup>to</sup> accepit Archiepiscopus Strigoniensis priuilegium, vt nullus tributarius in quibuslibet comitatibus vel partibus regni audeat tributum, seu theloneum, aut pedagium super populos eiusdem ecclesiae exigere.

**1256.** Bela IV. in priuilegio archiepiscopatus elargito, inter caetera, de qualibet marca, vbi cuduntur denarii, vnum pondus argenti fini eidem concedit.

**1270.** In priuilegio ab eodem rege concessso, est quoque vt — a) nullus iudicium populos ecclesiae iudicare posse, sed eiusdem palatinus, iudex curiae, aut comes terrestris. — b) nobiles regni ecclesiae Strigoniensi sine consensu regis possessiones suas donare & legare

gare posint — c) ex metallis in bonis suis reperiendis totam vburam percipiat. — d) Nobilium ecclesiae ad mortem propter delictum condemnatorum bona ad ecclesiam Strigonensem deuoluantur. — e) Officialibus archiepiscopi pro ferramenti custodia, pondera deputantur.

**1466.** Mathias I. priuilegium Joanni episcopo Varadiensi, ad personam suam datum, cum huius promotione, ad archiepiscopatum Strigonensem transfert, vt scilicet, non archiepiscopus, sed comes, vel iudex curiae eiusdem, iuramentum archiepiscopo diudicatum deponat, vicissim, vbi archiepiscopus ratione dignitatis suae, pro decem personis nobilibus iuraturus fuisset, comes, vel iudex curiae, non solus, sed more nobilium, cum decem nobilibus, se inclusi iurare tenetur.

**1618.** In diaeta, grauamine 17<sup>mo</sup>, vrserrunt status, vt archiepiscopo Strigonensi officium pisetarii cum officio restituatur, vtpote qui ad cusionem monetarum attendere facere poscit, iuxta 15: 557. & 73: 563. — Rex reposuit, idem abolitum esse pridem, nec conuenire vt accisi prouentus regni in diuerfa

sa distrahantur, cum praesertim circa cusio-  
nem monetae omni fraudi occasio praecisa  
sit. — Ad haec status, nulla constitutione  
pisetum esse abolitum, imo de restituendo  
illo plures exstare articulos. — Iterum rex re-  
posuit, cum in tanta prouentuum regiorum di-  
minutione, illi potius subleuandi sint, nec  
sine grauissimis causis pisetum abolitum esset,  
non dubitare se, status in priori resolutione  
aquieturos.

1622. In comitiis denuo ex 23: 553. &  
15: 557. pisetarii constitutionem bis vrsurunt  
status, & rex ad secundariam petitionem re-  
posuit, quod sub ipsa diaeta id eatenus sta-  
tuet, vt & archiepiscopo & statibus satis-  
factum iri credat.

## C A P U T VI.

### *Archiepiscopus Colocensis.*

**A**rchiepiscopus Colocensis & Bachiensis  
ecclesiarum canonice vnitarum a.) metropo-  
litanus, b.) bis tertium, c.) secus autem se-  
cundum in confirmationibus decretorum te-

B 5 nuit

a.) In confirm. Sigism. VI. 504. 514, tripartiti,  
& ab anno 1625. 1691. b.) Confirm. 608, &  
1791. c.) 351 & Sigism. II.

nuit locum, abbatia Petrovaradini cum archiepiscopatu connexa est, d.) in bonis illius etiam diebus dominicis & festis beatae Mariae virginis fora celebrari possunt; e.) semel eundem in consilio regio, f.) saepius in iudiciis g.) adhibitum inuenio.

---

## C A P U T . VII.

*D e E p i f c o p i s.*

**Q**ui in legibus passim nominantur episcopi, horum catalogum, vna aliae pro singulo adducta lege, hic exhibemus.

Agriensis 1.) — Albaregalensis. 2.) — Almistenensis 3.) — Anfariensis 4.) — Arbenensis 5.) — Baçensis 6.) — Belgradiensis 7.)  
Bidua-

---

d.) 504: 27. e.) 464: 25. f.) (518. Bach. 40.) g.)  
Vide leges capite secundo, littera g citatas.  
1.) 498: 20. §. 3. 514: 56. 2.) Confirm. 791. 3.)  
687: 23. §. 3. 715: 39, §. 3. 4.) 715: 59, §. 2. & con-  
firm. 715, 751, 791. 5.) 715: 112. 6.) Con-  
firm. 791. 7.) Confirm. 715, 741,

- Biduanensis 8.) — Bosnensis, seu Diakovariensis 9.) — Catariensis 10.) — Corbauenensis ab anno 1715<sup>to</sup> cum Segniensi & Modrusiensi coniunctus 11.) — Corczolensis 12.) — Crisienis graeci ritus catholicorum 13.) — Csanadiensis 14.) Diakovariensis, seu Bosneensis & Syrmiensis 15.) — Drivestensis 16.) — Dulcinensis 17.) Dulmenis 18.) — Jaueniensis 19.) — Macariensis 20.) — Modrusiensis ab anno 1715. cum Segniensi & Carbauensi iunctus 21.) — Munkacsienis graeci ritus catholicorum 22.) — Neosoliensis 23.) — Phaenensis 24.) — Prissinenis. 25.) —

Quinque

- 8.) 68: 791. 9.) 498: 56. 550: 44, confirm. 791. 10.) 67: 791. 11.) Confirm. 382, Sig. II. VI. 655, 791. 12.) 791: 67. 13.) Confirm. 791. 14.) 498: 20. §. II. 574: 17. 15.) Confirm. 791. 16.) Confirm. 791. 17.) 723: 17, §. 3. 18.) Confirm. 723. 765. 19.) 498: 20, §. 8, 64. 647: 102. 20.) Confirm. 715, 791. 21.) Confirm. 464, 495, 498, 608, 609, 622 655, 659, 662, 687, 715, 791. 22.) Confirm. 791. 23.) Confirm. 791. 24.) Confirm. 351. Sigism. VI. 715, 729, 751. 25.) 67: 791. & confirm. 723, 729, 791.

Quinque ecclesiensis 26.) — Rosnaviensis 27.)  
 Rosonensis Rosonienfis 28.) Sabariensis 29.) —  
 Samandriensis. 30. — Sardicensis 31.) — Scard-  
 donensis 32.) — Scepusienfis 33.) — Sco-  
 piensis 34, — Scutariensis 35.) — Segnien-  
 sis 36 — Serbiensis 37.) — Sibenicensis  
 38.) Stagnensis 39.) — Syrmensis 40.)  
 Szvidniczensis 41.) — Temnenfis 42.) — Tin-  
 niniensis 43.) — Traguriensis 44.) — Transyl-  
 vaniae 45.) — Tribuniczensis 46.) — Va-  
 cziensis 47. — Magno-Varadiensis 48.) —  
 Magno-

---

26.) 498: 20. 715: 58. 27.) Confirm. 791. 28.)  
 Confirm. 625, 741, 765. 29.) Confirm. 791.  
 30.) 655: 29, 30, §. 6, 51. §. 3. Confirm. 655,  
 741, 765. 31.) 791: 68. 32.) 681: 11, 23.  
 33.) Confirm. 794. 34.) Confirm. 659.  
 729. 35.) Confirm. 715, 729. 36.) Con-  
 firm. 384. Sigism. II & VI. 464. 625. 791.  
 37.) Confirm 723. 751. 38.) Conf. 384,  
 715. 39.) Conf. 723 & 729. 40.) 498:  
 20. 649: 52. 41.) 741: 47. 42.) Conf.  
 715, 729, 751, 765. 43.) Conf. 351, 384,  
 723, 791. 44.) Conf. 384, 715, 741, 765.  
 45.) 498: 20. 655: 42. 46.) Conf. 715,  
 541. 47.) 498: 20. 596: 60. 48.) 498:  
 20. 552: 23. 606: 5. §. 2. 609: 71.

Magno - Varadiensis graeci ritus catholico-  
rum 49.) — Vegliensis 50.) — Veszprimi-  
ensis 51.) Vovadrensis 52.) Zagrabiensis 53.)

Quae iura & obligationes episcopi habeant,  
capitibus secundo & tertio exposuimus.  
Illos itaque solummodo explicabimus,  
quibus in legibus quodpiam ius tribui-  
tur, quod in praemissis capitibus nec-  
dum attigimus.

### C A P U T VIII.

*De Episcopo Varadiensi & Zagrabienfi.*

**E**piscopus Varadiensis etiam in bonis suis  
diebus dominicis & festis beatae Mariae vir-  
ginis fora celebrandi ius habet. a)

Episcopus Zagrabienfis vero comes de  
Berzencze est b) & circa poenam ecclesiasti-  
cis regnorum Dalmatiae, Croatiae, & Sclauo-  
niae

49.) Conf. 791. 50.) 751: 26. 51.) 498: 20. 647:  
25. 52.) Conf. 723. 741. 751. 53.) 498:  
20. 604: 14.  
a) 464: 25. b) 765: 16.

niae a diaeta semet absentibus infligendam, correspondentiam cum protonotario, bano, vel vicebano eorundem regnorum fouet. c)

\* \* \*

Agriensis episcopi priuilegium notum est, vigore cuius quarto genitum regis filium custodire tenetur. Cum tamen iam plures reges quatuor filios habuerint, nec hoc titulo quidpiam seu iuris seu obligationis episcopo impositum esse, sciamus, quid verbum: *custodire* denotet, neandum explicatum est.

Episcopus Veszprimiensis iuxta priuilegium 1425<sup>to</sup> a Sigismundo obtentum cancellarius reginae est, & ius eandem coronandi habet. 1502<sup>do</sup> vero; ob neandum consecratum episcopum Veszprimensem, coronatione reginae per archiepiscopum Strigonensem peracta, ne ecclesiae Veszprimensi actus iste praejudicet, Wladislaus rex peculiaribus litteris cauit. Vtrumque Pray in sua hierarchia producit,

---

CA-

---

## C A P U T IX.

*De Abbatibus & Praepositis.*

## §. 1.

**P**raelati sunt, 1.) in procuratione illorum episcoporum permanent, in quorum territorio sunt 2.) & non nisi religiosi illius ordinis, cuius abbatiae vel praepositurae sunt, easdem tenere, nec aliis ecclesiis vñiri possunt, sed in suo statu & fundatione manere debent. 3.)

## §. 2.

Praepositi, qui nulli immediate episcopatui subiacent, sed absoluta suae praepositurae annexa habent capitula & conuentus, cum suis capitulois & conuentibus coniunctam vocem, praepositi porro, abbatesque insulati & priuilegiati, qui iuribus possessionariis suarum abbatiarum & praepositurarum potiun-

---

1.) 2dæ 49, §. 5. 2.) S. Ladis. I. 21. 3.) (458:  
58.) 498: 11, 58. 500: 31, 32. 504: 27. 507:  
13. (518: Bacs. 17, 26. 519: Bacs.) 547: 25.  
588: 44. 599: 35. 606: ad 3tum; §. 5. 613: 32.

tiuntur, etiam vocem suam in comitiis, omnes autem hi, inter regnicolas, 4.) Zagrabiensis vero praepositus, 5.) & Praemonstratensium de promontorio Varadiensi, 6.) inter magnates locum habent; extranei, si maiora beneficia tenent, mille, si minora, ducentos aureos ad cassam regni deponunt, 7.) tam praepositi denique, quam abbates, pro decem personis iurant. 8.)

## §. 3.

Duos ex praepositis cancellarios 9.) in decretis regni inuenio, multos vero in regni negotiis adhibitos fuisse, ex legibus superius in capite de praelatis vberius adductis, manifestum euadit.

CA-

---

4.) 608: p.c. 1, §. 5, 6. 5.) 625: 61. 6.) 715: 73.  
7.) 741: 17. 794: 70. 8.) 2dæ 40. 9.) 222:  
31, §. 3. 435: 24, §. 4.

## C A P U T X.

*De Abbatibus & Abatiis.*

**A**bbates nullis distinctis iuribus a praepositis, vel praelatis, iam vberius deductis; in legibus prouisos, deprehendo. Hic indicem eorum, qui in legibus occurrunt, exhibutrus, & si cui quid ex lege proprium ius est, statim suo loco indicaturus sum.

1. Archiabbatia S. Martini sacri montis Pannoniae. Ab anno 1681<sup>mo</sup> Archiabbatis nomine in legibus venit, antea enim abbatis, abbatiae tantum fit mentio. a) Archiabbatia vero haec, a comitatu Simigensi, iuxta initam eatenus & lege stabilitam conventionem, 6500<sup>tos</sup> florenos annuatim percipit. b) — 2. Abbas trium fontium de Beel. c) 3. Abbas de Bela. d) 4. Abbatia S. Benedicti e) semel tantum illius fit mentio, & verisimile eam intelligi, quae in antiquis diplomatibus: *de Grana* appellatur.

- 
- a) 495: 40. 498: 20. §. 17, 64. 500: 37. 681: 11.  
723: 44. b) 729: 45. c) 630: 26. d) 655: 8.  
e) 567: 17, §. 19.

5. Abbatia de Bozok. f.) 6. Abbatia de Borsmonofra. g) — 7. S. Gotthardi. h) — 8. Abbas Janosiensis. i) — 9.) de Szent Jógh. k) — 10. Abbatia de Kapornak. l) — 11. Kolos. m) 12. Pechyaradiensis. n) — 13. Abbatia de Szalavár. o) — 14.) Abbas B. M. V. de Százvár. p) — 15. Abbatia Szexardiensis. q) — Huic erant praediales nobiles. r) — 16. Abbas de Szkalka. s) — 17.) Abbatia Tapolcza. t) — 18.) Abbatia Tihany u) — 19.) Abbas B. M. V. de Topuszka v,) item 20.) Varadini Petri x) Denique — 21.) Abbas de Zobor. y)

CA-

f) 567:30. 715:74. g) 542: VI: 47. 550:47.  
 567: 31. h ) 567:31. i) 715:24. k) 498:  
 11. l) 587:46. 596. 39. m) 547:25. 548:  
 47. n) 498: 20, §. 14. 507: 13. 662:37, §. 6.  
 715: 58. o) 563: 53. 587: 46. 596: 39. 647:  
 60, 71, 99. p) 765: 16. q) 498: 20, §. 16. 507:  
 13. 638: 42. r)( 518 : Bacs. 27. 519: Bacs.)  
 s) 635: 56, 72. t) ( 518 : Bacs. 26. 519 : Bacs.)  
 u) 647: 9. v) 765: 16. x) 498: 20, §. 15. 504:  
 27. y) 498: 20, §. 20.

## C A P U T XI.

*De Praepositis & Praeposituris.*

**N**ec de his propria iura, vel obligationes in legibus eruere licuit. Omnia iam in praemissis explicata sunt, vel in sequentibus capitibus, velut communia cum aliis occurrent. Hic itaque solummodo nomina eorum, qui legum tabulas ingressi sunt, recensēbimus.

Praepositus S. Adalberti 1)

— Agriensis 2)

— Albaei 3)

— Albensis maior, & minor 4)

Praepositura S. Trinitatis de superioribus calidis aquis Budensibus. 5) item

— Veteris Budensis 6)

Praepositus Castriferrei 7)

C 2

Prae-

1.) 681: 23, §. 4. 2.) 222: 31, §. 3. 587: 30.  
630: 26. 647: 103. 649: 72. 655: 100. 659:  
52. 3.) 741: 44. 4.) 498: 20, §. 26. 765: 10.  
5.) 500: 31. 6.) 559: 27, 28. 567: 31. 7.)  
596: 39. 597: 32. 618: 66. 647: 70, 91, §. 5:

- Praepositus Chornensis 8)  
 — de Felsö Eörs 9)  
 Praepositura de Fel-Héviz 10)  
 Praepositus S. Georgii de viridi campo. 11)  
 — S. Michaëlis Archangeli de  
 Hanta 12)  
 Praepositura de Jászov. 13.)  
 Praepositus Jauriensis. 14)  
 Praepositus & Praepositura Leleszienensis. 15)  
 Praepositus Mislenfis. 16)  
 — B. Mariae Virginis 17)  
 Praepositura Nitriensis 18)  
 Praepositus de Papócz 19)  
 — Posonienfis 20)  
 — Quinqueecclesiensis. 21)

Prae-

---

- 8.) 574: 32. 647: 121. 655: 30. §. I - 3, 39. 9)  
 662: 37, §. 5. 10.) 559: 27, 28. 609: 70. 11.)  
 662: 37, §. 7. 12.) 723: 45. 13.) 557: 6. §. 4.  
 567: 31. 647: 101. 14.) 567: 26. 572: V. 5.  
 574: 17. 582: 4, §. 4. 655: 30. §. 6. 15.) 567: 31.  
 622: 43. 625: 51. 655: 51. 687: 28. 16.)  
 635: 14. 17.) 638: 23. 18.) Colom. I. 22. 19.)  
 635: 72. 20.) Colom. I. 22. 567: 26. 587:  
 30. 638: 23. 687: 23, §. 2. 21.) Sigism. VI,  
 24, §. 4. 662: 37, §. 4, 42.

- Praepositura Sághiensis. 22)  
 — Scepufiensis. 23)  
 Praepositus Strigoniensis. 24)  
 Praepositura Temeiensis. 25)  
 — de Thurócz. 26)  
 Praepositus Thiteliensis. 27)  
 — S. Stephani de promontorio  
 Varadiensi. 28)  
 Praepositus maior Veszprimiensis 29) denique  
 Praepositus Zagrabiensis. 30)

C 3 CA-

---

- 22.) 659: 27, 28. 23.) 567: 32. 625: 51. 24.) 574:  
 17. 25.) (518: Bacs. 17. 519: Bacs.) 26.)  
 556: 12, 16, 19. 559: 27, 28. 567: 17, §. 19.  
 569: 48. 27.) 498: 20, §. 27. 28.) 715: 73.  
 29.) 765: 16. 30.) 582: 5. 649: 77. 687: 23,  
 §. 5. 715: 116.

## C A P U T XII.

*De Capitulis & Conuentibus, in quantum communia iura & obligationes habent.*

## §. 1.

*Nomenclatio illorum.*

**C**apitula & Conuentus cum praepoſto, vel abbatे, aut priore, & reliquis columnis efficiunt credibilis loci testimonium 1) & fide dignitates, 2) fide dignitates regni, 3) loca authentica, 4) loca credibilia, 5) loca testimonialia, 6) loca credibilia et authentica, 7) loca testimonialia & authentica 8) compellantur.

## §. 2.

*Requisita subiectorum.*

Adhiberi vero debent illi, qui dignitates habent in ecclesia, canonici, monachi, con ven-

1) 723: 4<sup>1</sup>. 2) Sigism. VI: 8. 492: 43. 495: 9.  
723: 9, §. 3. 3) 729: 24. §. 5, 6. 4) 681: 22,  
§. 1. 5) 2dæ 23. 723: 9, §. 3. 41, 42. 741:  
25. 765: 11. 6) I<sup>z</sup>, 28, §. 1. 2dæ, 57. 7)  
729: 24, §. 4. 8) I<sup>z</sup> 63. 9)

ventuales, sacerdotes, & linguae patriae gna-  
ri Hungari, nequaquam capellani, rectores  
altarium, scholares, aut mendicantes; re-  
qniruntur autem quinque, & quidem iure-  
iurando, vna cum notario, ab ipsis, non  
ab episcopo pendente, adstricti. 9)

## §. 3

*Obiecta locorum credibilium.*

Cum testimonio illorum, fiunt de lege,  
admonitiones, aestimationes, euocationes, ci-  
tationibus ad tabulas districtuales 10) & in  
nonnullis casibus, qui moram non patiuntur,  
11) exceptis inquisitiones, metarum ream-  
bulationes, oculatae, pupillorum item reui-  
siones & Statutiones, deponitur apud ipsos  
pecunia, celebrantur coram illis passiones,  
constituuntur plenipotentiarii, procuratores,  
interponuntur in locis credibilibus prohibitio-  
nes & protestationes, ac iuramentum etiam  
12) apud illos deponitur.

C 4

1729.

---

9) 351: 21. Sigism. VI: 8. 486: 8, 10. 492: 43.  
552: 41. 559: 50. 599: 35. 600: 26. 647: 101, 102.  
723: 39, 43, 44. 741: 25. 751: 8. 765: 11. 10)  
723: 30, §. 6. 11) 2de 20. 12) 351: 10. Si-  
gism.

\* \* \*

1729. in sessione 8<sup>ae</sup> Julii, in comitiis  
decisum fuit apud status, vt etiam coram  
comitatibus passiones perennales, vsque  
ad summam trium millium florenorum cele-  
brari possint, nihil obstante, cleri, pro capi-  
tulis & conuentibus operantibus contradicione.  
Diarium MS.

## §. 4.

*Limites iurisdictionis.*

Limites iurisdictionis nonnullorum lo-  
corum credibilium saepe variabant, iam ve-  
ro in dioecesibus, in quibus situantur, & co-  
mitatibus vicinis tantum procedunt, vsque  
dum per emendationem legum classificatio  
districtuum elaborari potuerit. 13)

## §. 5.

---

gism. I: §. 9, 15, 17. V: 9, §. 3, VI: 4, §. 3.  
5, 8, 10. 439: 29, §. 4, 7, 9. 458: 8. 462:  
1, §. 9. 464: 12. 486: 8, 10, 14, 74, 75, 77.  
492: 14, 43, 53, 95, 97. 495: 3, 9. 498: 8,  
§. 4. 500: 13. 507: 2. Imæ: 60, 86, 127, 128.  
2daæ 16, 19, 21, 22, 27, §. 4. 603: p. c. 3. 609:  
74. 622: 15. 638: 31. 647: 78, §. 17. 132.  
659: 18. 662: 29. 681: 22. 729: 24. 13)  
231: 21. 498: 12, 13. 2dae 21. 536: 58. 548:  
64.

## §. 5.

*Sigillum, Protocolum.*

Sigillum eorum confirmat omne factum in litteris expressum ; saepius idem una cum protocolo, ad aliud capitulum , vel conventum translatum fuit; interdum requisitores loci credibilis , archiuum & sigillum fidei suae creditum habebant , sigilla antiqua locorum authenticorum , quae restituiebantur , renouata fuerant , usus illorum inarticulabatur ; si vero attrita fuere , noua confici ea ratione permittebantur , ut attritum in comitatus congregatione rumpatur ; deperditis sigillis , ut noua conficiantur , amissum : iam tamen ab exemplo abbatiae de Szalavár , amissum sigillum a rege impertrandum est. 14)

C 5

Bela

64. 550: 63. 552: 41. 556: 39. 557: 21, 22.  
 574: 32. 575: 17. 597: 38, 39. 608: p. c. 12.  
 609: 49. 613: 3. 635: 85. 647: 57, §. 2.  
 655: 39. 723: 40. 741: 56, §. 3. 14) ad 13.  
 §. 2. 575: 17. 578: 21. 587: 46. 597: 38.  
 598: 38. 608: p. c. 12. 609: 50, 52. 635: 85.  
 647: 121. 655: 39, 103. 723: 44. 751: 7, 8.



Bela IV. in privilegio conuentui de Jaszov dato disponit, vt priuilegia et litterae conuentus huius ratione possessionum vendentium et ementium, et vniuersarum causarum, pro centum marcis, coram omnibus capitulis et iudicibus, pro validis acceptentur.

### §. 6.

#### *Forma expeditionis litterarum.*

Nomina singulorum vicinorum & commetaneorum, item fratum, videlicet prioris & custodis, seu capitularium inscribuntur, relationes exmissorum per notarios improcolantur, expeditiones subscribuntur per lectorem, vel superiorem, ante extraditionem, in capitulo vel conuentu perleguntur, ad mandata requisitoria, post vnum ab expeditione annum, potentibus litterae transumuntur, pro expeditione solummodo ad hospitia notariorum accipiuntur, secus vero in praesentia duorum capitularium, vel conuentualium voluendae communicantur, ad registrationem archiuorum suorum per consilium regi-

regium stringuntur, publica vero regni acta ad archiuum regni tradere iubentur 15.)

\* \* \*

1765. in comitiis postularunt status, ut vniuersa loca credibilia ad exactam omnium litterarum, in conseruatoriis suis registracionem stringantur, numue obligationi suae in puncto hoc, ac aliis etiam satisfacent, similitudine 12: Math. decreti VI<sup>ti</sup> per episcopos ordinarios de tempore in tempus visitentur.— Ex parte vero regia responsi loco datum est id, quod articulo 11<sup>mo</sup> in legem abiuit,

### §. 7.

#### T a x a

Taxam ab expeditionibus leges determinant 16.)

### §. 8.

- 15.) 492: 44. §. 5. 723: 39, 42, 43, 45. 741:  
25. 765: 11. 16.) 351: 21. Sigism. VI:  
10. 439: 32. (447. 458: 35, 37) 470: 8.  
471: 22. 481: 16. 486: 10. §. 4, 74, 75.  
492: 95. 495: 23. 523: 56. 546: 36. 548: 67.  
550: 63. 574: 32, §. 4. 609: 74. 723: 34,  
§. I.

## §. 8.

*Circa propria negotia.*

In propriis negotiis priuilegio maiorum gaudent; praelatus a capitulo vel conuentu diuisus, separatim, indiuisus cum eodem euocatur, officiales illorum iudicium impendunt; procuratores & plenipotentiales pro se quidem expedire possunt, non tamen eas renuncare, nec sibi testimonium dare, vel fassiones pro se celebrare. 17.)

## §. 9.

*Poenae.*

Litteris falsificatis, qui intersunt, amittunt beneficium, stigmaque sigilli igniti in frontibus & vtraque facie illis inuritur, ipsae fidedignitates vero falsas litteras confidentes notam incurrint, 18.) excessus taxae amissione sigilli, 19.) non extradatio litterarum 500<sup>o</sup>tis florensis punitur, 20.) turbatio vero eorum-

17.) 2dæ: 49, 50, 53. 723: 41. 18.) Sigism. VI: 8, §. 4. 486: 10, §. 8. 492: 43, §. 4, 5. 498: 14. 2dæ: 16, §. 3, 4. 723: 9, §. 3. 19.) (447.) 458: 8. 471: 22. 481: 16. 495: 23. 523: 56. 20.) 765: 11.

eorundem testimonii, actum maioris potentiae 21.) inuoluit, sigillorum autem & protocolorum detentores, vt falsarii conuincuntur. 22.)

§. 10.

*R e l i q u a.*

Vnam & coniunctam vocem, capitula & conuentus in comitiis, cum suo praeposito vel abbatte habent, 23.) nunciis ad regem a comitatu misis, expensas de bonis suis ad portionem illorum cedentibus dare tenentur, 24.) bona capitulorum, vel conventuum desertorum nunc, vt ad scholas erigendas, parochosue alendos conuertantur, nunc, vt ad statum primaeuae fundationis reponantur, decernitur; 25.) Secretarii denique & notarii locorum credibilium, bona, quorum notitiam ex archiuis illorum consecuti sunt, impetrare nequeunt. 26.)

1617.

- 21.) 495: 9, 16. 543: 30. 546. 31, 723: 10, 11.  
 22.) 622: 15. 23.) 608: 1, §. 4, 5. 24.)  
 486: 64. 25.) 548. 12. 550: 19. 560: 7.  
 587: 44 & conclusio. 597: 40, & conclu-  
 sio. 599: 35. 613: 32. 613: 70. 26.)  
 655: 32.



1617. Comitatus Nitriensis ablegatis suis ad comitia pro festo diuae Luciae indicta, instructionis punto tertio imponit, ut in colligendis vocibus animaduertant, ne aliquae personae ecclesiasticae seorsim voces suas, a capitulo vbi residentias habent, proferant, & sic duas voces dent.

1646. in diario diaetae deprehendi, pleraque capitula velut Iauriense, Nitriense, Posoniense & Strigoniense, duos in comitiis habuisse ablegatos, ex Agriensi, Castriferrei, & Vesprimiens, ex singulo vnum; Zagabiense & Chasmense simul sumta vnuſ repreſentauit.

### C A P U T XIII.

#### *D e C a p i t u l i s*

##### §. I.

**I**n capitulis sunt lector, cantor, custos, decanus, qui nomine capituli iurant; a.) canonico-

a.) 2dæ: 49, §. 4. 50, §. 6.

nonicatus simplices, episcopus, cui rex facultatem impertitur, aptis, linguae patriae gratias Hungarum confert; b.) horum libertas violanda non est, c.) ab oneribus ciuilibus, ultra domos beneficiales, pro domibus tantis, quot leges exemere, aliqua capitula immunita sunt; d.) si ab intestato decedant, in bonis illorum aquisitis nullam dispositionem episcopus habet, e.) ius testandi lege sibi concessum habere videntur; f.) per reliquos capitulares satis fieri debet, dum capitularis nec mobilia nec bona separata habens, in emenda capitinis conuincitur. g.)

§. 2.

Custos Albensis titulo indigenatus, milie aureos deponendos habuit, h.) in capitulo Strigonienfi et Colocensi unum par decreti Andreae II<sup>di</sup> depositum fuit, i.) canonici denique ad tabulam regiam, diuersasque regni commisiones applicari solebant k.)

§. 3.

- 
- b.) 486: 10, §. 8: 498: 67. 526: 21. 609: 73, §. 38,  
723: 55. 741: 16. 765: 11. c.) 647: 102.  
d.) 638: 36. 647: 120. 649: 38. e.) 647:  
102. f.) 557: 10, §. 5. g.) 2dæ: 47.  
h.) 741: 17. i.) 222: 31. k.) 572: V. 4.  
574:

In legibus autem commemorantur capitula  
 Strigoniense l.) Bachiense, m.) Colocense, n.)  
 Agriense, o.) Albense, p.) Bosznense q.) Bu-  
 densem r.) Castriferrei, s.) Chasmense, t.) Jau-  
 riense, u.) Nitriense v.) Posoniense x.) Quin-  
 queecclesiense, y.) Scepusiense, z.) Segnien-  
 se, aa.) Transyluaniae, bb.) Varadiense cc.)  
 Veszprimiense dd.) Zagrabiense ee.)

CA-

574: 17. 575: 3. 582: 4, §. 4. 587: 30.  
 601: 33. 609: 70. 635: 14, 60. 649: 72.  
 687: 15. 715: 59. 723: 45. 765: 16. 791:  
 67, 68. l.) 498: 20, §. 21. 556: 39.  
 723: 40. m.) 498: 20, §. 25. n.) 751:  
 7. 222: 31. o.) 498: 20, §. 22. 550: 63.  
 597: 38. 609: 10. p.) 498: 20, §. 26.  
 2dæ: 21, §. 2. 765: 10. q.) & r.) 498:  
 12. 2dæ: 21, §. 2. s.) 574: 32. 587: 46.  
 647: 120. t.) 662: 38. 715: 113. u.)  
 500: 37. 597: 39. 715: 62. v.) 609: 39.  
 638: 58. x.) 575: 17. 647: 4. 715: 59.  
 y.) 498: 20, §. 24. z.) 557: 21. 608:  
 p. c. 12. 609: 49. aa.) 647: 57. 741:  
 56. bb.) 498: 20, §. 23. cc.) 548: 64.  
 550: 63. dd.) 504: 13. 557: 22. 635:  
 85. ee.) 647: 119. 659: 96. 751: 35.

## C A P U T XIV.

*Conuentus & religiosi ordines.*

## §. 1.

**I**n decretis regum fit mentio conuentus Cruciferorum de Alba, 1.) beati Michaëlis archangeli de Csorna, 2.) S. Benedicti de iuxta Gron, 3.) de Jaszov, 4.) de Jógh, 5.) S. Salvatoris de Kapornak, 6.) S. Crucis de Lelesz, 7.) Sancti Martini sacri montis Panniae, 8.) de Saagh, 9.) de Szalavár 10.) et B. M. V. de Thurocz 11.)

## §. 2.

- 
- 1.) 2dæ: 21. §. 12. 2.) 574: 32. 597: 39. 609:  
32. 647: 121. 655: 39. 3.) 647: 153, §. 9. 4.)  
550: 63. 557: 21. 567: 31. 608: p. c. 12.  
609: 50. 647: 101. 5.) 486: 59. 492:  
39. 498: 11. 6.) 557: 22. 567: 31. 575:  
17. 598: 38. 609: 52. 751: 8. 7.) 550:  
63. 557: 21. 567: 31. 600: 26. 608: p.  
c. 12. 609: 49. 655: 103. 8.) 557: 6,  
§. 4. 723: 44. 9.) 498: 13. 10.) 557:  
22. 575: 17. 598: 38. 609: 52. 723: 44.  
751: 8. 11.) 569: 48. 573: 21. 587: 44.

D

## §. 2.

Conuentus, qui locus creditibilis est, interdum nomine monasterii venit, 12.) sed et monasteria distinguuntur saepe a conuentibus. 13.) Tam locis creditilibus, quam reliquis, nomenclatio monasterii interdum communis est, 14.) nonnunquam etiam claustra dicuntur. 15.) Membra illorum, fratres, monachi, religiosi, & institutum ipsum, ordo, religio 16.) compellantur.

## §. 3.

A teloniis monachi immunes sunt, vti & tricesimis, 17.) & bona secularia titulo pignoris posident. 18.) Vicarius generalis  
Prae-

- 12.) 471: 18. 569: 48. 13.) 662: 5, §.  
4, 23. 681: 46, §. 4, 24. 741: 63, §. 13.  
14.) S. Ladisl. I: 21. Colom. I: 1, 16, 19.  
542: V. 41. 548: 12. 15.) S. Lad. I: 35,  
39. 557: 6, §. 4. 16.) S. Lad. I: 17, 21,  
35, 36, 39. Colom. I: 69. Sigism. VI: 8,  
§. 1. 486: 11, 12. 492: 44. 498: 35.  
514: 51. 526: 23. 542: V: 41. 550: 63.  
595: 14. 715: 16, 71, 97, 102. 723: 39, §.  
10. 17.) 498: 35. 18.) 715: 102.

Praemonstratenium inter praelatos, 19.) ordo diui Pauli primi eremita, cuius domus Posonii exemta est, inter regnicolas, 20.) in comitiis vocem habent. Jesuitis saepe denegabantur bona, immo de tollendis illis crebrius actum, dein recepti fuere, & vltimo, qua praepositurarum et abbatiarum postfessoribus nomine collectiō, duos, cum voto status admiserunt, ac illorum ab Austria ca prouincia separationem vrserunt. 21.) Ordo Teutonicus possedit Jazyges iure tantum pignoris; 22.) Melitensis vero recipi volens, 1715<sup>to</sup> ad aliam diaetam relegatus exsilit. 23.)

#### §. 4.

Absque voto cum obligatione celebrandarum quotannis pro rege & regno duodecim missarum recepti sunt, ordo patrum & fratribus Augustinianorum eremitarum, fratribus Camaldulensium, Capucinorum, Carmelita-

D 2

rum

- 19.) 715: 73. 20.) 608: p. c. I, §. 7. 649:  
89. 662: 38. 21.) 599: 35. 608: a. c. 8.  
647: 5, §. II. 687: 20. 715: 73. 741: 33.  
751: 10. 22.) 715: 34. 23.) 715: 87.

rum calceatorum & discalceatorum, fratrum Praedicatorum S. Dominici, fratrum Misericordiae, Paulanorum, clericorum pauperum Matris Dei e scholis Piis, seruorum B. M. V., S. Trinitatis de redemptione captiuorum, congregatio monialium virginum Notre Dame ad regulam S. Augustini instituta, societas virginum Ursulitarum, & ordo crucigerorum Hospitaliorum cum rubea stella, quorum ultimi Hungaros nobiles & alios nationales recipere iubentur. 24.) Item ordo minorum S. Francisci conuentualium, provinciae S. Elisabeth, cuius conuentus Vimpasingensis Hungaricae prouinciae incorporandus erat; in ordinis minorum S. Francisci reformatorum prouincia Mariana vero, alternatio tolli petitur. 25.)

## §. 5.

Sine regio assensu claustra & collegia augere vetitum est; 26.) religionem posidentorum

24.) 715: 102. 723: 96. 729: 50. 741: 65. 765:  
43. 25.) 741: 33. 765: 42. 26.) 715: 102,  
§. 3.

dorum bonorum capacem ingredientes, auctoritatis sua nonnisi decimam partem, sed ita, ne haec quinque mille florenos excedat, praetendere possunt, 27.) & cum ecclesiasticis personis in genere alibi 28.) ius testandi tribuatur, nec vlla alia lege religiosis id negetur, de hac ad religionem illata portione sua, ipsi de lege disponere possunt.

### §. 6.

Minuti conuentus, velut & illi, in quibus non rex, sed alii ius patronatus exercent, sigilla habere nequeunt, 29.) Prior de Lövöld Cartusiensium olim per officiales iurabat, 30.) Bona denique conuentuum, occasione insurrectionis, in comitatum, & non in medium dominorum ius patronatus habentium, nisi de hereditate eorundem excerpta, & fundata fuissent, numerabantur, 31.)

### §. 7.

Iubentur autem religiosi, iuxta ordinis sui statuta viuere, malosue & inobedientes,

D 3

visi-

27.) 715: 71. 28.) 557: 10, §. 5. 29.) 351:  
3. 471: 18. ( 472: 3. ) 486: 59. 492: 39.  
30.) 550: 64: 31.) 526: 23.

visitantes praelati, vicarii, & caeteri eiice-re possunt, & si quid erroris in expeditioni-bus litterarum contingat, monachi & reli-giosi a praepositis & abbatibus suis castigan-tur, Prior & Custos deponuntur, minus idoneos in conuentibus dioecesanus supplet, & de subsistentia illorum ex bonis conuentus prouidet, cui tamen iam 765<sup>to</sup> in quantum credibilitatem loci concernit, derogatum est; denique conuentuum regularium praepositu-ras & abbatias religiosi eiusdem ordinis te-nere debent. 32.)

---

## C A P U T XV.

*De Parochiis.*

§. 1.

**P**arochi, seu plebani a populo intertenen-tur, a) ab ecclesia procul abesse vetantur, b) ad synodos ire iubentur, ita, vt titu-lo relaxationis quidpiam soluere, illis lici-tum non sit, c) desponsatio coniugum in illo-

---

32.) (447.) 486: 11, 12. 492: 44. 723: 39, §. 6.

765: 11.  
a) 723: 71. b) Colom. II: 12. c) 498: 68. 559: 41.

illorum praesentia fieri debet, d) episcopis pro redemtione bullarum, iuxta limitationem vicecomitum, semel cathedraticum, quod tamen ultra unum florenum non extenditur, soluunt, e) circa stolam item olim aliqua limitata fuere, iam tamen solummodo rex in his limitem ponere potest. f)

§. 2.

Praesentatio plebanorum competit patronis, per quos dominos terestres intelligi, ex verbis: *quod in manifestam perniciem nobilium vergit, cum a tempore sancti regis Stephani, liberam semper pro se plebanos eligendi habuerint facultatem*, g.) recte forsitan concludimus. — Confirmatio episcopis; h) bona tamen & prouentus ecclesiae patroni occupare non possunt, i) ne quidem si decedant plebani, siue testati, siue

D 4                      int-

- d) Colom. II: 15.     e) 498: 53, 69.     500:  
38. 504: 12. f) 351: 2. 439: 39. (458: 40.)  
436: 63. 492: 29. 495: 6. 647: 12. 751: 12.  
g) 504: 26. 647: 100. h) 498: 66. 504: 26.  
548: 6. s. 3. 550: 13. 647: 100. 723: 71. i)  
557: 11.

intestati. k) Ipsi vero parochi occupata bona, ac prouentus ecclesiae suae iuridice repetere, non tamen dissipare possunt. l) Ex decimis percipiunt sedecimam , imo & in non nullis locis octauam , illam in arendam locare non obligantur, prout nec decimam praefastare obstricti sunt. m)

\* \* \*

### De parochis ciuitatum nullam inuenio legem.

Existimo ius eligendi plebanos suos in priuilegiis illarum contineri , cum multis idem concessum in diplomatibus inuenierim , in specie vero :

1230mo ab Andrea IIdo hospitibus Teutonicis de Szathmár Némethy.

1238. ab eodem Tyrnauiensibus.

1242. Bela IVtus Zamoborienibus ius sacerdotem quemcunque voluerint in suam recipiendi ecclesiam concedit.

1244. Idem Budensibus.

1254. idem hospitibus de Dobronyiva & Babaszék , item

1260.

k) 557: 10, §. 5. l) 498 : 69, §. 3. 557: 11. m)  
546: 55. 548: 60. 647: 95, §. 11. 723: 71.

1260. hospitibus de Lyptov in villa Lipcse congregatis.

1354. eadem ratione Elisabetha regina hospitibus de Óvár.

1356. Item rex Ludouicus ciuitati Káproncza.

1364. Ludouicus rex Cassouienibus his verbis: „ habeant liberam electionem plebani, cum eorum ecclesia vacauerit, nec plebanus vicarius constituat eis inuitis.”

Oppidum Maros a Carolo rege etiam ius plebanum inter se eligendi habuit, a Ludouico Imo, Sigismundo, Mathia & vltimo a Ferdinando Imo confirmatum.

1384. Ludouicus rex inter episcopum Transyluanum, ac nobiles, Saxones, & Siculos, litem dirimens vna statuit: „Episcopus ad possessiones, ad ecclesias nobilium, sacerdotes ponere nullatenus queat & locare violenter, aut inuite.” Benkö in Milkovia.

1701. 9. Aprilis in resolutione regia clero extradata praecipitur, ut domini terrestres, prout de iure municipali tam Hungarico, quam imperiali communi ad hoc essent obligati, qua parochiarum patroni, ecclesias

catholicas, in bonis suis restaurent, dotent, parochos, iudimagistros, aedituos sustentent.

1714. In congregacione regni Croatiae 27. Aprilis Zagrabiae celebrata, articulo 16to abusus de mortuorum parochorum substantias per plebem diripiendi sublatus est,

§. 3.

Ex lege his verbis lata : n) *Plebanis etiam & aliis ecclesiasticis personis, cuiuscunque status libertas sua in omnibus obseruetur, ac inter alia ne post mortem illorum, pro se occupent, vel accipient patroni res & bona illorum, siue testati siue intestati deceferint, sed neque etiam praelati fratribus superstibus eorum, qui deceferint, bona huiusmodi pro se occupent;* sequitur — 1mo plebanos habere ius testandi. — 2do plebanis ab intestato decedentibus, fratres eorum superstites succedere. — 3tio Si parochi ab intestato decedant, nec fratres superstites habeant, in bonis eorum aquisitis episcopos ipsorum succedere.

1729.

\* \* \*

1720. in comitiis, inter postulata cleri erat vnum, vt parochi & clerus in generalibus comitatum, signanter Thurocziensis congregationibus votum & sessionem habeant. Status idem non acceptarunt. Apud magnates vero 31ma Auguſti id applicidatum fuit. Status obuerterunt — 1.) ipſos ſessionem nunquam habuisse — 2) Capitulum in concreto votum vnum habere, plebanos ſingillatue praetendere. — 3) Plebanorum pro cura ſpiritualium ordinatorum continuam praefentiam requiri. — Respondit clerus, ſtatum eccleſiaſticum paribus cum ſecularibus gaudere priuilegiis. — Seculares dixerunt, quod uſus legem explicet. — Decifum, vt punctum hoc emaneat, & si aliqui plebani uſum talem habuiffent, eum retineant. — Secunda Septembris approbata fuit ſtatum apud magnates opinio, vt illi ſolum plebani ſessionem in comitatu habeant, qui ſunt poſſeſſionati.

## C A P U T XVI.

*De Decimis.*

§. I.

*Cui i præstanda?*

**D**ecimae tribuuntur praelatis, 1) capitulis, conuentibus, 2) plebanis, 3) altaristis, 4) beneficia habentibus. 5)

\* \* \*

A.) Plebanis integras decimas in multis locis competuisse, fide multorum diplomatum edocemur. Sic

1254. in priuilegio a Bela IV. hospitibus de Dobronyiva & Babaszék, sacerdoti de communi omnium voluntate electo, omnes decimae ex integro tribuuntur.

1260.

---

1.) 464: 24. 504: 26. 507: 15. 2.) 498: 50. 542: VI: 26. 543: 28. & alibi. 3.) 548: 60. 563: 70. &c. 4.) 595: 14. 596: 10. 598: 15. & alibi. 5.) 595: 14. 596: 10. 598: 15.

1260. idem Bela IV. hospitibus de Lyp-tov in villa Lipcse congregatis, de consen-su archiepiscopi Strigonienfis largitur, vt ecclesia eorundem parochialis fruatur liberis decimis, sicut ecclesiae parochiales Carponensis & Banensis.

1320. in priuilegio ciuitati Bartpha concesso: „decimae ipforum frugum aequaliter in agris diuisae, vna pars media plebano ipforum, alia media parte nobis remanente.”

1456. Ladislaus rex iubet comitibus sicularum, vt ecclesiae parochiali in Szent Mihály, decimas ex villis Szent Mihály, Nagy falu, Turkester & Bachfalu restituant.

1522. in mandato regis Ludouici II<sup>di</sup> ad ciuitatem Cibiniensem, & alias dato, etiam de decimis plebanis eorum soluendis agitur.

1528. in confirmato priuilegio oppidi Maros lego: „omnes decimas rerum in frugibus, vino, & in minutis plebano soluent.”

B. De praefita regi decima, etiam adsunt documenta.

1255. in priuilegio conuentui de Jasov elargito, occurunt sequentia: „item populi saepedicti monasterii de Jasov, de Debrag, Olchvan & Radnuk tenebantur soluere decimas,

cimas, tam in magnis, quam in minutis, quae nos contingebant & ad nostra olicia portabantur, eidem ecclesiae in perpetuum conferimus."

1320. ex priuilegio civitati Bartpha dato, huc spectantia verba iam adducta sunt.

1370. In fententialibus palatini Ladislai ducis Opuliae quoad diuisionem inter plures lineas familiae Somos peractam emanatis, decimae de vniuersis rebus, per regiam maiestatem exigi commissae, decimae regalis, pluries fit mentio.

1456. Ladislaus posthumus mandat ad expositionem archiepiscopi Strigonensis, comitibus siculorum, vt decimas ex villis Szent Mihály etc. castro regio Thurch applicatas, parochiali ecclesiae in Szent Mihály restituant.

C. Ministris etiam Euangelicis praesitas decimas inuenio.

1646. inter grauamina Euangelicorum in comitiis porrecta vnum est, quod post annum 1638<sup>um</sup> in comitatu Hontensi templum possessionis Vilzoka cum prouentibus decimalibus occupatum fuerit.

1646. In relatoriis super restituzione 90.  
templorum in comitatibus cis-danubianis  
peracta, etiam refertur, quod decimae in  
Füzes-Gyarmath in Honth, item decimae  
ex certis vineis in Farnad in Strigonensi co-  
mitatibus, Euangelicis ministris reddiderint.

1659. inter grauamina Euangelicorum  
in comitiis refertur: „ In comitatu Scepul-  
sieni plebanus catholicus posfessionis Mind-  
szent, alias Beacsocz, primo ordinariam  
decimam ministro Brukocziensi Euangelico  
ab incolis eiusdem loci, a memoria homi-  
num, prout etiam post annum 1647. obue-  
nientem, a qua minister Euangelicus praepo-  
sito Scepulensi cathedralicum exsoluit,  
ipfos a pendenda ministro decima inhibuit.”

Ibidem: „Ministris Euangelicis, vbi  
folis parochiarum decimarum prouentibus  
gaudent, quamuis praeposito Scepulensi ca-  
thedralicum soluant, iidem detrahuntur; ali-  
as hactenus semper vigore etiam priuilegio-  
rum regum, in dominio decimarum regali-  
um persipientibus, & hoc etiam contra 17:  
647.”

Ibidem: „In comitatu Sarosiensi in  
oppido Nagy Saros decimam tanquam pa-  
rochi-

rochiale prouentum, ministro euangelico, hactenus etiam post conditum 14: 647. sine omni renitentia praefitum iam praestare recusant."

Ibidem : „ In Berthot, Nagyvitéz, Frich, Ternye, Roskovány, Szent Georg, Gombosfalva, Krivány, Tarkö, ac aliis in locis Catholici concionatoribus euangelicis ab antiquo ordinatam decimam, etiam post 14: 647. praefitam, tanquam parochiale prouentum templi penes euangelicos existentis denegant.”

1662. In supplici libello euangelicorum 16<sup>ta</sup> Aug. in comitiis Imperatori exhibito : „ dum sub praesenti etiam diaeta in occupatione decimarum in comitatu Gömöriensi & districtibus Rosnobanyensi, Csetnekieni, Pelsöcziensi & Dobšinensi ab antiquo ad parochiales prouentus pertinentium & percipi solitarum ad instantiam archiepiscopi Strigoniensis penes patens maiestatis vestrae mandatum procedunt.”

1669. Inter grauamina congregationis XIII. comitatuum Eperiesiensis : „ Principissa Sophia Bathory prouentus — item de comitatu Ungvár Dobo Ruszka decimas proventuum

ventuum parochialium, princeps Franciscus Rakoczy similes prouentus in oppido Nagy Sáros violenter occupatos “ etc.

1691. Augustanæ & Helueticae confessioni addictorum plenipotentiariis eatus querulantibus, in resolutione regia responsum exstitit: „ quibus decimas etiam in toto regno Hungariæ, a’ serenissimis regibus deo, & ecclesiae catholicae ministris duntaxat ordinatas, præstare sint obligati. “

\* \* \*

### §. 2

*A quibus rebus præstanda est?*

Penditur vero a frugibus omnis generis,  
 6) in specie vero, a siliquine, hordeo, avena, & spelta, vulgo Tenkel dicta, & vinis,  
 7) agnelli & hoedis, omnibus denique terae nascentiis, five metantur, five falcentur. 9)

### A

- 6) 647: 95, §. 6. 7) 481: 1. 498: 51, §. 9.  
 Huc etiam refer S. Ladisl. I: 27, 33, 40.  
 Colom I: 25, 50, 66. II: 5. 222: 20. (447:  
 458: 45. 470: 3.) 486: 42, 43. 495: 37,  
 39. 498: 49, 52. 567: 42, §. 2. 625: 45.  
 630: 27. 635: 61. 655: 63, 78. 8)  
 618: 45. 647: 96. 659: 55. 9) 514: 18.

### E



A. De ipsis prouentibus regalibus decimam datam fuisse, multis illustrari potest exemplis.

1198. Emericus rex in priuilegio archiepiscopo Strigoniensi dato dicit, quod S. Stephanus & B. Ladislaus, percepto apostolico mandato ordinauerint, vt de omnibus prouentibus regalibus habitis & habendis rex Hungariae quicunque fuerit in signum catholicae fidei decimam soluere debeat archiepiscopo Strigoniensi. Hinc statuit rex, vt de omnibus prouentibus regalibus decimam, item tributorum decimam in terra Scepusiensi & in Posonio pro mensa sua in perpetuum archiepiscopus recipiat.

1199. Idem rex decimam de marturinis regiis, vel prouentibus loco marturinarum datis, velut etiam de porcis, in dioecesi Zagrabiensi colligendis, priuilegio Zagrabiensi ecclesiae cedit.

1214. Andreas II<sup>dus</sup> in litteris ad Innocentium III<sup>m</sup> datis recognoscit, quod decima monetae, vbi cunque cudatur, in tota Vngaria, vel quidquid loco monetae succedat, ad ius Strigoniensis ecclesiae pertineat.

1217. Idem rex in privilegio ecclesiae Zagrabiensi elargito praecipit: „ quod decimas marturinarum omnium, seu omnium collectarum, quocunque nomine nuncupatarum, episcopo plenarie & sine contradictione aliqua & dilatione, quantum limes episcopalis concludit, persoluat. „

1235. In priuilegio episcopatus Quinqueecclesiensis: „ in omnibus censibus marturinis, nostrae maiestati, vel banatui debitis, ipsa ecclesia, in sua dioecesi integras percipiat decimas, sicut ab antiquo semper extitit obseruatum, ne collectiones dictarum marturinarum, sine homine praedicti episcopi alicubi in prouincia recipiantur, nec dicare praesumant, — similiter etiam in omnibus foris nostris. “ Koller historia episc. Quinqueecccl T. I.

1239. Bartholomaeus episc. Quinqueecclesiensis, de consensu capituli, pro decimis marturinarum in comitatibus de Wolco & de Braigna a Colomanno rege in cambium acceptis, decimas suas in Licenssa et Nessicha cessit. Ibidem.

1256. Bela IV. archiepiscopo Strigoniensi priuilegium dedit, vbi: „ in decimis per-

cipiendis regalium prouentuum, ex parte Siculorum & Olacorum in pecudibus, pecoribus, & animalibus quibuslibet, exceptis terragiis Saxonum, sed ex parte Olacorum etiam vbiue et a quocunque prouenientium in regno Hungariae persolui consuetorum, nec non super decimis exigendis de vrburis regi persolutis et exactis in quibuslibet argenti & aurifodinis. ,,

1261. Idem rex episcopo Agriensi decimam partem omnium tributorum in tota dioecesi regalium & reginalium confirmauit.

In eodem:,, decimas omnium forestarum nostrarum & noualium praediorum nostrorum, fundatorum & fundandorum, ac vililarum nobilium & seruitorum nostrorum, vniuersaliter in districtibus de Vgocha & de Bereg existentium, ecclesiae Agriensi Bela proauus & Endre pater noster applicarunt— & nos applicamus. ”

1270. Bela IV<sup>tus</sup>. iterum archiepiscopo Strigonensi priuilegium concesfit, & in hoc cauit, quod „ decimam partem de vrburis prouenientibus regiae maiestati percipiat archiepiscopus — simili terdecimam partem percipiet — de fructibus camerarum, pro quanta-

quantacunque pecunia poterunt locari — de pecudibus & pecoribus exigendis ab Olahis & sicutilis idem — percipiet decimam partem.”

1289. Ladislaus IV<sup>us</sup> decimam totius telonii, seu tributi sui de Scepus archiepiscopo Strigonensi a se denegatam, vrgente conscientia, in praesentia totius congregations regni restituit. Vestigia Comit. p. 149.

B. Ex prouentibus teloniorum & nundinarum etiam, diocefanos decimam accepisse, argumento sunt tum ea, quae nunc ad annos 1198. 1235, 1261, & 1289. iam nouimus, tum sequentia.

1235. in laudato episcopatus Quinque-ecclesiensis priuilegio haec quoque fanciuntur: „in omnibus transitibus fluuiorum vel pontium, vbiunque tributum a nostra gratia concessum esse dinoſcitur in dioceſi ſua — episcopus iuftam tributi decimam conſequatur, quod ipsum eſſe commune ius nouimus omnibus cathedralibus eccleſiis regni, ſimiliter etiam in omnibus foris noſtris & etiam aliorum locorum, in quibus tributum nouum vel antiquum, a regia qui-buscunque gratia eſt indultum.”

1261. in memorato priuilegio episcopatus Agriensis,, decimam partem omnium tributorum in tota dioecesi — tam regalium seu reginalium, quam nobilium, episcopus Agriensis percipiet, & percipere dinoscitur per collationem sanctorum regum. ”

C. species autem decimae obnoxiae valde multae occurunt.

1227. Stephanus episcopus Zagrabienensis cedit capitulo suo decimas cultelli Zagrabienis, parochiae, ex frumento, auena, cera, melle, lino, fabis, agnis, & nucibus. Pray Hier. P. II.

1235. In priuilegio episcopatus Quinqueecclesiensis,, iustas decimas soluant — de omni frugum genere, scilicet trituo, siliquine, hordeo, auena, milio, sicut horrea continent eorundem leguminum, item de armentis equorum, — agnis & hoedis — porcis, apibus — anferibus & gallinis.”

1239. Dum, vti supra iam attatum est, Bartholomaeus episcopus Quinqueecclesiensis, domui templi decimas suas in Licenissa & Nesicha in cambium cessisset, vna cavit: „ si autem in Licenissa & Nesicha au-

ri vel argenti fodina reperta fuerit, decimas prouentuum auri vel argenti sibi & successoribus suis reseruat."

**1261.** in priuilegio ecclesiae Agriensis:  
„Item de agnis, de hoedis, & de suillis,—  
ac de apibus, de vino, integras decimas  
persoluant—alias autem decimas minutias,  
prout in leguminibus, pisis, canapis, & milio  
in specie persoluant.”

**1290.** Agnes regina, decimas frugum,  
agnorum, & hoedorum, poledrorum, ac  
aliarum rerum, de quibus decimae solui  
debent, de magna insula, episcopo Veszpri-  
mensi remisit,

**1500.** In transactione inter capitulum  
Zagrabiente, quoad decimas cultelli Bixin,  
cum temporalibus dominis inita, bladum  
tantum quatuor specierum, tritici, filiginis,  
hordei, auenae, & vinum commemoratur.

**1522.** In mandato regis Ludouici II di  
ad Cibinienses, de decima frugum, bladorum,  
apum & aliарum rerum fit mentio.

**1525.** Capitulum Cibiniense querulatur  
archiepiscopo Strigonensi: „Oblegia con-  
sueta in quator festiuitatibus anni sacerdo-  
tibus non dant, sed nec pullos gallinaceos

decimales." Lampe hist. eccl. Ref. p. 62.

1659. Inter grauamina euangelicorum, fuit inter reliqua, quod in comitatu Neogradiensi Fülekini familia Balassa certarum terrarum *extirpatiarum* decimam ministris euangelicis ademerit.

1701. in momentofis 9<sup>a</sup> Apr. & 28<sup>ua</sup> Junii quoad clero resignatam decimam emanatis resolutionibus regiis, cuiuscunque generis frumentum, triticum, filigo, hordeum, auena, vinum, agni & apes — memorantur.

1737. Ex congregatiōne regni Croatiae 4<sup>ta</sup> Sept. Glinae habita, articulo 8<sup>uo</sup> Viennam legati mittuntur inter reliqua petitum, vt sua Maiestas ex subsidio per cle- rum Hungariae praefrito, in reparationem praesidiorum concurrat.

1741<sup>mo</sup> Grauamine 58<sup>uo</sup> regnorum Dalmatiae Croatiae et Sclauoniae queruntur Status, quod antea in comitatu Veröcensi ab *extirpatiis decima* praefita non fuerit, sed dominis terrestribus, dein mandato regio impositum fuisse, vt episcopo decima, domino terrestri 17 xri. ab *extirpatiis* cedant. Supplicant ad antecedaneum vsum reponi,

reponi, ac Leopoldi de 1685<sup>to</sup> 22<sup>da</sup> Januarii emanatam resolutionem regiam in effectum deduci, salvo in antiquis terris cleri decimandi usu permanente. — Ex parte reginae ad hoc punctum repositum fuit, quod informationem acceptura, ac quod iustum & aequum visum fuerit, dispositura sit.

### § 3.

*Quis pendet decimam?*

Praestant decimam presbyteri et abbatess in alieno territorio agriculturam exercentes, aut vindemiantes, 10) — nobiles aut eorum seruientes, qui in terris aliorum seminaturas, aut vineas habent, ac ab illis nonam vel ius montanum pendunt, 11) — nobiles de terris a colonis acceptis ac ad propriam culturam reseruatis, 12) — armati nobiles, qui in alienis & ciuilibus fundis degunt, ac onera ciuilia supportant, 13) — confiniarii fundos rusticos colentes, 14) — Rutheni de terris, de quibus antea decimae soluebantur,

E §

15)

10) Colom. I: 66. 11) (458: 25.) 468: 6.  
(470: 3.) 563: 69. 12) 563: 70. 13) 595: 6.  
596: 55. 613: 4. §, 10. 649: 17. 14) 613: 4.  
15.)

15) — ciues in liberis regiisque ciuitatibus,  
 16) — opiliones & libertini, licet nonam  
 non praestent, 17) messores illorum, qui de-  
 cimas pendunt, 18) — denique rustici 19)  
 & quidem etiam a curiis nobilitaribus auulis,  
 & facta 20) pro terris colonicalibus commu-  
 tatione per dominos ad sesiones colonica-  
 les applicatis.



Nobiles quoque primis in Hungaria Se-  
 culis decimam praestitisse, iam exemplis ad  
<sup>sum</sup> <sup>2dum</sup> adductis illustrauimus, sequentibus  
 etiam aliquot documentis id firmabitur.

1158. Vbi Geysa II<sup>dus</sup> priuilegia ecclae-  
 es S. Benedicti de Radice Montis Ferrei  
 confirmat „ insuper & decimas hospitum,  
 aliorumque nobilium, sed & ignobilium, in-  
 tra metas — monasterii possessiones haben-  
 tium ” eo determinauit.

1235.

- 
- 15) 500: 29, §. 5. 16) 595: 6. 596:  
 55. 649: 17, 24. 655: 178. 17) 659: 54.  
 18) 498: 52. 19) 464: 24. 478: 15. 486:  
 42. 498: 52. 514: 18, 64. 613: 4, Huc  
 etiam referto Colom. II: 5. Sigism. VI: 7,  
 6tus. (470: 3.) 552: 29. 659: 55, 100, 20)  
 659: 54.

1235. In priuilegio episcopatus Quinque ecclesiensis: „ Praecipimus quicunque in dioecesi Quinqueecclesiensi fuerint, cujuscunque fastigii, baro, nobilis, seruiens regius castri, vel castrenses, hospitesque nostri vel cuiuscunque alterius, liber homo, vel servus, Sarachenus, vel Sclauus, rusticus, Hebraeus, Christianus, plenissime secundum sacrorum canonum sanctiones — de omnibus bonis eorum iustas decimas soluant — omnes serui regii, vel reginales — integras in omnibus suis prouentibus — decimas persolvant. Serui autem nobilium, praeter illos solum, qui in aratris suorum dominorum obsequuntur, cum de illis eorum domini decimas integre persoluant, ad integras decimas persoluendas, prout regii vel reginales districtus, compellantur. ”

1353. In congregacione generali, per Nicolaum totius Sclauoniae et Croatiae banum in Tinninio celebrata decisum fuit, quod nobiles & possessionati homines quinque iobagiones non habentes, vna cum iobagionibus suis cum decimis consuetis tenerentur. Vide vestig. comitiorum.

Sigis-

Sigismundus in responso ad nobiles Transyluanenses dato, & per Benkö in sua Milkouia producto, decimae Volahorum episcopaliū & ecclesiasticorum mentionem facit.

1486. Dum Mathias rex litem de decimis inter episcopum Zagrabensem & nobiles Sclauoniae obortam, compluribus viris commisisset, vsque definiendam causam sequentia imposuit: „Statuimus interea, ac — vniuersos colonos, seu iobagiones regnicularum ipsorum, tam liberos, quam seruitores & factores, & tam in curiis eorundem, quam alias vbiuis commorantes, nullo penitus dimisso — episcopo pro hac vice dicare & connumerari facere — permittant & teneantur.

1500. in memorata quoad decimas cultelli Bexin inita transactione, capitulum Zagrabense, quoad nobiles inseruit: „Singuli nobiles, aut cuiuscunque alterius conditionis personae in promontoriis dominorum temporalium vineas habentes, qui — dominis pro terragio akones soluere obligantur, similiter & decimas nobis & ecclesiae nostrae de eisdem vineis extradare tenebuntur.”

1701. In resolutione regia de 9na Aprilis, singuli fideles tam Romano Catholici, quam Graeci ritus, aut alterius cuiuscunque religionis, aut nationis, omnis generis decimas, clero Catholico soluere iubentur.

1701. In intimatione per cameram auxilicam Cardinali Kollonich quoad decimam facta, legitur : „ nec — nobiles, etiam si magnates, in iisdem actualiter residentes — suos fundos colonicales, licet aliquando populatos — iam vero desertos, seu praediales — a decimarum pensione — nullatenus eximere poterunt, nisi eatenus specialia privilegia sua antiqua & articulariter admissa, pacificoque usu roborata, demonstrare valeant. Ceterum nulla status aut praerogative, seu curiarum suarum — ratione habita, ab huiusmodi fundis debitas clero decimas — persoluere debebunt, adeoque tam nobiles, quam libertini & armaliftae, Cumani — Jazyges, Philistaei, Rasciani, tam schismatici, quam vnti, & Pharaicae gentis homines — ipsi milites tam praesidiarii, quam & extra hybernantes — oeconomiam exercentes — officiales cameratici, bellici, commissariatici — annonarii, subalterni, milites

lites etiam gregarii, siue germanicae, siue  
Hungaricae & Rascianicae, aut alterius na-  
tionis huiuscemodi fundorum proprietarii,  
vel vsu fructuarii ab iisdem, sicut & a vineis,  
apibus, gregibusque decimari solitis conſue-  
tas decimas praefatae tenebuntur.”

## §. 4.

*Exemti a decima.*

Exemti sunt a decima, sacerdotes, scho-  
lares 21) — nobiles tam iobagiones haben-  
tes, quam non habentes, prout & vnius ses-  
sionis nobiles, de terris scilicet directe ad  
curias domos nobilium pertinentibus, 22)  
— nobiles, qui censum & nonam dominis  
terrestribus non praefant, 23) — praediales  
nobiles 24) — iobagiones, qui in curiis aut  
allodiis nobilium morantur, 25) — plebani  
a parochiarum pertinentiis, a primaeva fun-  
da-

21.) 458:10. 569:28. 574:22. 22.) 439:28.  
458:10. (458:25. 468:6. 470:3.) 500:29,  
§.4. 563:69,70. 574:22. 23.) 563:71. 569:  
28. 587:35. 24.) 500:29, §.4. 25.) (470:  
3.)


datione ad easdem possesis, 26) — Rutheni regii in Nagy Oroszlán residentes, 27) — meliores illorum, qui ad praestandam decimam non obligantur, 28) — villici, seu iudices propter hospitalitatem decimatoribus praestandam, qua non praefita, decimas soluunt, 29) — ex verbis denique: *solummodo de illis segetibus, quibus hactenus confueuerunt, decimas dare, soluereque debebunt* 30) recte concludi videtur, nec a praediis impopulatis, nec a terris extirpatiis, nec ab aliis terris, & speciebus tam metendorum quam falcandorum, a quibus in usu decimae desumenda clerus non erat, easdem exigi posse. Porro cum hajdones extra oppida Hajdonica priuilegiata residentes ad decimas instar rusticorum praestandas 31) adigi iubantur, sequitur oppida hajdonicalia ab illis de lege exemta esse.

Rasciani, Rutheni, Valachi & alii schismatici, non a decima in genere, sed a decima clero catholico praestanda, eximuntur:

32.)

26.) 647: 95, §. 11. 27.) 500: 29, §. 4. 28.) 498:  
52. 29.) 486: 43. 495: 42. 498: 51. 30.)  
514: 18, §. 2. 31.) 635: 68.

32.) de Valachis tamen in Croatia & Sclauonia, item in districtibus Besztercze, Beretyó & Lakság residentibus, decimae Zagrabiensi & Varadiensi episcopo adiudicantur. 33.)



1206. Andreas II<sup>d</sup>us villis Vltrasyluanis Karako, Chrapundorf, & Rams conces-  
fit, vt „ secundum ritum suae gentis vi-  
ventes, neque de vineis, quas ipsi planta-  
verint, alicui personae tributa persoluere,  
neque de porcis, vel ceteris animalibus suis,  
quae in libera eorundem sylua pascuntur,  
aliquid alicui nomine decimarum vel tribu-  
torum debeant impendere. ” Benkő Milko-  
via.

1209. Innocentius pontifex monasterio S. Benedicti de Grana diuerfas libertates con-  
fert, inter quae: „ decimas aratorum mo-  
nasterii & hominum suorum vbique existen-  
tium — noualium vestrorum, quae propriis  
manibus aut sumtibus colitis, siue de ve-  
stro-

32.) 481: 3, 4. 495: 45. 569: 28. 574: 4. 33.)  
604: 14, §. 23. 608: p. c. 9. 609: 59. 638:  
1, cond. 7ma 723: 85.

strorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere praesumat."

Inter canones Synodi ante annum 1210. celebratae, est unus: „de propriis horreis, seu cellariis, aut ouilibus, monasteriorum & ecclesiarum omnium, quae in clero sunt, decimae non exigantur."

1235. in priuilegio episcopatus Quinqueecclesiensis, „exceptis aratoribus, nostris seruis, in nostro si fuerint duntaxat obsequio permanentes."

1256. in priuilegio Archiepiscopatus Strigoniensis, ubi de prouentibus regalibus decima promittitur, de terragio Saxonum eadem eximitur.

1353. Tinninii in congregacione generali decimum fuit: „quod nobiles & possessionati homines, qui decem, aut plures iobagiones haberent, ipse & suis iobagio, unus non potior, quam mediocris, episcopis Tinniensibus decimas dare non deberent, — quod quinque iobagiones habens, solus sit exceptus de solutione decimae." Vest. Com.

1486. Vbi Mathias rex prouisorio modo, usque decidendam causam, decimas in Croatia regulasset, mandat: „facta connumera-

tione ac dicatione — quot vnuis quisque nobilium ad sua casira, castella, curiasque & allodia habere debeat factores & seruitores, secundum statum conditionemque — nobilium limitare debeatis."

1701. in resolutione Leopoldina: „fundis illis, qui velut in subsidium stipendii militiae nationali in confiniis excubanti per cameram assignentur, vnicē — exceptis & a decimarum, non fecus ab omni alia præstatione eximi debentibus.”

Quoad Graeci ritus incolas vero, pauca mihi innotuerunt data diplomatica; in specie

1256to Bela IV. decimam partem proventuum regalium ex parte Siculorum & Olacorum in pecudibus, pecoribus, & animalibus quibuslibet, sed ex parte Olacorum etiam vbiique & a quoconque prouenientium in regno Hungariae persolui consuetorum promittit archiepiscopo Strigonienfi.

1270. Idem rex de pecudibus & pecoribus exigendis ab Olahis & Siculis eidem archiepiscopo Strigonienfi decimam promittit,

Sed

Sed duo hi casus, non illustrant quaestione m. Nam in utroque, non Olaci penderunt decimam archiepiscopo, sed ex preventibus ab Olacis & Siculis regi prouenientibus, decima archiepiscopo promittitur. Magis videtur inferuire exemplum sub initium paragraphi huius ad annum 1206tum de villis Karako &c. relatum. Sed adhuc melius illustratur id quod

Sigismundus scribat nobilibus Transylvaniae: „nos decimam Volahorum episcopalium et ecclesiasticorum exigere distulimus, causis rationabilibus subsistentibus, his videlicet, quod episcopus banderium proprium, capitulum autem & alii viri ecclesiastici certas summas pecuniarum ratione exercitus soluere, & propter illas expedientes eorum Valahos exactionari habent.”  
Benkő Milkovia.

1456. Rex Ladislaus comitibus Siculo-rum ad expositionem archiepiscopi Strigoniensis Dionysii in mandatis dederit: „quod licet alias, villas Szent Mihaly, Nagyfalu, Turkester, Bacsfalu, quidam Valachi schismatici inhabitascent, tamen postea pulsae eisdem Valachis, ipsae villaæ ad manus

Christianorum deuenissent, qui quidem Christiani decimas suas praediales parochiali ecclesiae — in Szent Mihaly iure soluere deberent, quas nunc decimas vos occupassetis, occupatasque castro nostro Thurch vocato, appropriassetis — de huiusmodi decimis ad ipsam parochialem ecclesiam Szent Mihaly — plene & integre administrare faciatis. „ Vnde patet a) decimam clero catholico a schismaticis non fuisse depensam, sed b) regi.

**1701.** In resolutionibus Leopoldinis clero extradatis, schismatici in genere ad decimas clero Catholico pendendas obligantur.

**1728.** Inter grauamina cleri, 28<sup>ua</sup> Julii in comitiis lectum, vt Rascianis episcopis decimae per populum Rascianum non pendantur. Item 4<sup>ta</sup> Augusti, vt decimae tantum catholicis sacerdotibus, non vero schismaticis, vel aliis praestentur. Item 9<sup>a</sup> Augusti, dum ad punctum decimarum, per Rascianos episcopis Romano-catholicis praestandarum deuenissent, lectus est articulus 3<sup>us</sup> & 4<sup>tus</sup> Matth. II. & 45. Wlad. II. dictantes, ut Rascianis soluant decimas. Multi existimabant, hoc postulatum esse exmittendum, ne re- gnicolae

gnicolae videantur esse praecitatarum legum immemores, aut id suae maiestati commendare velle, quod legibus & priuilegiis esset contrarium. Interim decisum est, vt hoc etiam postulatum suae maiestati commendeatur. 31<sup>a</sup> Aug. addita ad praemissa ratio, quod antea quoque populus catholicus terras per eos incultas inhabitasset & decimas solvisset. Quoad Ruthenos, Valachos & Rascianos postulatum cleri magnates ita modifcarunt, vt qui in confiniis existunt, ii a decimis sint immunes. Diarium M. S.

§. §.

*Quantum praefatur titulo decimae?*

Ipsa quidem nomenclatio decimae, quantitatem illius exprimit, sed & claris legum verbis dicitur, quod ex decem capitiis segetum, seu decem cubulis vinorum, octo rustico maneant, vna vero domino terrestri, vna praelato cedat. 34.) Ex hac autem decima, quartas parochis, 35.) capitulis, 36.) quin exprimatur, cui competant;

F 3

37.)

34.) 514: 18. 35.) S. Ladisl. I: 33. 498: 50.  
504: 13. 36.) 597: 38. 729: 45.

37.) — octauam parochis; 38.) — decimam quin declaretur, cuinam cedat, 39.) quam tamen velut & alibi viceſimam 40.) regi praefitam eſſe fide diplomatum edoce-  
mur; — & ſedecimam itidem parochis 41.) praefare tenebantur decimae domini. Vi-  
tima lege cautum eſt, vt ex decima, pa-  
rochis catholicis, ſedecima, & vbi in uſu  
funt, octaua detur. 42.) In utraque deſu-  
menda vero mensuram uniformem, non vt  
olim diſtinctam, cum lex quoad mensuram  
lata generalis fit, 43.) adhibenda venit.

\* \* \*

Regi olim viceſimam decimarum obtigille,  
diplomaticae adſunt probae. Sic

1235. in priuilegio episcopatus Quin-  
queecclesiensis: „ nec comes, nec palatinus  
viceſimam, nec comes parochialis centeſi-  
mam

37.) 557: 12. 596: 10, 55. 625: 37. 630: 27.  
635: 61. 659: 54, 55. 38.) 723: 71. 39.)  
557: 12. 40.) 231: 29. 514: 3, §. 10.  
41.) 546: 55. 557: 12. 596: 10. 42.)  
723: 71. 43.) Sigism, II: 1. 635: 24  
647: 95, §. 4. 729: 14.

mam in decimis ecclesiarum omnium habere debent, nec quisquam de ipsis decimis ecclesiae diminuere praesumat."

**1270.** Stephanus V<sup>ts</sup> vicesimam decimarum, tam in blado, quam in vino, per totum comitatum Soproniensem confert Cisterciensibus de Monte S. Mariae.

**1277.** Ladislaus IV. in priuilegio ciuitati Soproniensi dato:,, concessimus & tradidimus eisdem ciuibus vicesimam decimarum frugum, quae de decimis — episcopi Jauriensis, in comitatu Soproniensi — percipere annuatim debemus — vt iidem ciues ipsam vicesimam decimarum perpetuo valeant, ex regia munificentia, pro reparatione castri nosfiri possidere."

**1326.** Carolus rex mandat, comitatui Soproniensi, vt vicesimam decimarum, a patre suo, rege Stephano, in toto comitatu soproniensi, abbatii & conuentui S. Mariae collatam, eidem conuentui absque damno perfoluant.

Parochi autem et posteriori aeuo ministri euangelici, vario modo ex decima participarunt. Sic

**1230.** in priuilegio ab Andrea II<sup>do</sup> per hospites Teutonicos in Szathmár Némethy impetrato, sacerdos illorum ab omni iurisdictione et potestate archidiaconi de Sasvár cum quarta parte decimarum penitus eximitur.

**1248.** Bela IV<sup>tus</sup> pro villis Cserép & Csege, in cambium decimas villarum quarrundam in comitatu Sarosieni ad regem pertinentium, ab episcopo Agriensi accipiens, quartam sacerdotum ab inde excepit.

**1320.** In priailegio ciuitati Bartpha extradato, rex Carolus decimae vnam partem mediam plebano cedit, alia media parte sibi remanente.

**1447.** Inter statuta decanatus Cibinensis et Braffoviensis articulo 7<sup>mo</sup>, plebanorum decadentium sedecima, successoribus illorum tribuitur. Benkő Milkovia.

**1638.** Inter grauamina ab euangelicis in comitiis apposita erant etiam, quod se decimam oppidi Ungvár concionatori euangelico semper cedentem, plebanus possessionis Gyeren occupauerit, quod in comitatu Comaromiensi iisdem sedecimae adimantur, & quod sedecimae oppidi Ofzlan occupatae fuerint.

**1646.**

1646. In grauaminibus Euangelicorum exponebatur, quod post 1638<sup>um</sup> concionatoris euangelici possessionis Felső Tóth Baka prouentus sedecimalis ex territorio & promontorio possessionis Alsó Tóth Baka proveniens ademtus fit.

1646. In relatoriis super restitutio*n*e 90. templorum, in comitatibus Cisdanubianis, exponitur etiam restitutas esse in Velikapolya, item in Nagykeresztény in Barsiensi comitatu sedecimas.

1659. Euangelici grauamine 16<sup>to</sup> questi sunt, quod in ditionibus comitis Francisci de Nádasd iudicis curiae regiae, sedecimae euangelicorum ministrorum ubique ademtae, ac catholicis plebanis assignatae sint. Item: „sedecimae licet ordinarie cedere & prouenire debeant ecclesiarum ministris, quae in comitatu eodem plurimis in locis, vtpote Ocsova, Nagy Szalathna & Zolno subtrahuntur euangelicis.”

1701. In Leopoldina resolutione de decimis, salua prius separanda consueta sedecima pro parochorum sustentatione ordinatur.

## §. 6.

*Tempus, quo desumitur.*

Peragitur decimatio frugum vsque festum S. Stephani regis, secus relicta in agris decima, reliquum domum libere abuehitur, vini vsque festum Epiphaniarum Domini, agnorum & hoedorum vsque festum S. Joannis Baptiste. 44.)

\* \* \*

1235. in priuilegio episcopatus Quinqueecclesiensis, terminus praeclusi decimam praefstantibus vsque festum purificationis B. M. V. ponitur.

1261. in priuilegio episcopatus Quinqueecclesiensis terminus soluendae in pecunia decimae ponitur festum Martini.

## §. 7.

*Redemtio decimae.*

Vbi decima redimitur pecunia, premium confuetum et limitatum, in eo statu, in quo 1647<sup>mo</sup> fuit, manere debet, nec idem

44.) 569: 30. 647: 96. 715: II. Item S. Ladisl. I: 40, §. 3. (458: 44.) 495: 37, §. 10, 39. 498: 51, 54. 500: 29, §. 3. 554: 12. 613: 4. 622: 70.

idem augere licet, ab agnelli vero & apibus,  
ultra decem supernatantibus a quouis agnello  
& alueari unus denarius datur. 45.) Comi-  
tatus Simigiensis titulo decimae archiabbatiae  
2500. florenos pendit annue 46.)

\* \* \*

1230. In priuilegio hospitum Teutoni-  
corum de Szathmár Némethy: „ decimato-  
ribus pro vna capecia , duodecim denarios  
visualis monetae soluere teneantur. ”

1260. Bela IV. hospitibus in villa Lip-  
cse congregatis largitur, vt ecclesia ipsorum  
fruatur decimis , prout ecclesiae parochiales  
Carponensis & Banensis, archiepiscopo au-  
tem de 50. mansionibus annuatim unam  
marcam fini argenti soluere teneantur.

1261. In priuilegio episcopatus Agrien-  
sis: „ decimatores episcopi & capituli , fin-  
gulas capetias pro uno pondere argenti fini,  
vel denariis unum pondus argenti fini va-  
lentibus redimere & persoluere tenebuntur  
vsque festum Martini — de quolibet aratro  
nobilium unum fertonem — de seruis unam  
cape-

45.) 498: 54. 563: 72. 647: 95, §. 1, 3. Item Co-  
lom. II: 5. 222: 20. 342: §. 44. (432.) 478:

15, §. 2. 495: 41, 42. 498: 49. 618: 45.

46.) 729: 45.

capeciam , — de integra curia homines, qui non habent fruges , duas capetas soluere tenebuntur — de inquilino coniugato sine curia vnum pondus argenti fini . ”

1275. Andreas episcopus Agriensis restituit capitulo decimas quarundam villarum de Sarosulga, pro quibus Bela rex quadraginta marcas annuatim canitulo soluit.

1277. Soproniensibus Ladislaus IV. concescit, ut de qualibet capecia frugum, duodecim denarios Viennenses , iuxta antiquam eorum consuetudinem soluere teneantur . ”

1353. In congregatione generali in Tinninio celebrata , statutum fuit , quod de decimis agnorum , hoedorum , apum , porcellorum , a septenario numero vsque ad decimum numerum decimae in specie exigantur; insuper numerum septenarium, singulus unus bolanch , de quolibet agno & truncu apum, item de hoedo & porcello medius Bolancs exigantur.

1370. In sententialibus palatini Ladislai ducis Opuliae quoad familiam Somos lego : „ Iohanes filius Thomae — in Luboucz pro decima regali quinque florenos , minus duobus grossis ; in Zentemreh quartum di-

mi-

midium florentum ; in Somus 54. grossos. Ioannes filius Demetrii in Zuhodolinec pro decima regali duodecim florenos ; in Balyár pro decima tres florenos."

1384. Ludouicus rex inter episcopum Transyluanum, ac nobiles, Siculos & Saxones decidit: „ pro decimis — episcopo de singulis decimalibus capeciis soluent vnum pondus denariorum, — si vero episcopus hoc non acceptaret, extunc capecias suas decimales in campo sive in rure praediali solvere & relinquere debeant iidem regnicolae.

1500. Capitulum Zagrabiente respectu cultelli Rixin transfigit cum temporalibus dominis, vt de qualibet decima capecia & de singulo decimo cubulo vini, tres denarii hungaricales, quorum centum faciunt vnum florenum hungaricalem, per incolas, iobagiones & homines populares perpetuis futuris temporibus solui debeat. Exponitur in hoc instrumento, iam anno 1374. ita coalitum fuisse, capitulum autem damnum habuisse, quod eidem tres denarii Viennenses, non Hungaricales soluti fuerint, vna terminus solutionis antea pro festo Martini statutum, ad featum Purificationis B. M. V. extenditur.

1550. C. Stephanus de Frangepanibus pro decimis de appertinentiis castrorum Ozal & cultelli Gorycheu, pro annuali pensione singulis annis quinquaginta florenos in festo Resurrectionis Domini deponendos, capitulo Zagrabiensi obligauit.

1751. in comitiis die 30. Iunii ablegati comitatus Trencsinensis recensuerunt, praefulem Nitriensem, superinducto consensu regio & pontificio, decimas pro perpetuo quinque mille florenis redimendas contraxisse, hoc proinde inarticulari instant. — 17. Iulii nomine episcopi protestatio interposita fuit, & sic inarticulatio emansit.

### §. 8.

#### *De Arenda.*

Domini decimae & quartae, decimas suas quidem, seu ipsi in natura desumere, seu in arendam elocare possunt, vbi tamen limitatum arendae praetium est, ibi nec ab arenda resilire, nec in praetio quidquam mutare, illis integrum est, & annus decretorius est annus 1647<sup>mus.</sup> 47.) Vbi vero pretium aren-

---

47.) 546: 55. 547: 35. 548: 60, 61. 552: 29: 553:  
8. 554: 12. 557: 12. 609: 18. 622: 8. 647: 95.  
659:

arendae limitatum non est, si domini decimae et quartae, easdem in arendam elocare velint, ad confinia vicina, rex, alibi domini terrestres, deposita simul et semel integra summa, ius praearrendationis usque festum S. Georgii habent. 48)

\* \* \*

1494. in regesto prouentuum regalium exponuntur inter erogationes pro decimis Syrmiensibus per regem ab episcopo Quinto ecclesiensi arendatis, ter mille floreni.

1646. In relatoriis super restitutione 90, templorum in comitatibus cisdanubianis deprehendi decimas annuatim per concionatorem in Markfalva in Neogradiensi comitatu quinque florenis arendari solitas.

1659. Inter grauamina euangelicorum lego, quod licet 95: 1647. pretium decimarum in eo quo tum fuit statu manere iubatur, canonicus tamen Strigoniensis pro duobus

659: 54, De arenda etiam mentio fit in 342:  
 §. I. 495: 37. 536: 38. 48) Vide leges nro.  
 47mo citatas, praeter ea 553: 8. 555: 15:  
 563: 68, §. 3-5. 569: 27, 29. 1574: 22,  
 618: 45. 622: 70. 635: 24, §. 2. 655: 89.  
 715: II,

bus aureis dare consuetis, taleros 50. ab ecclesiae Briznensis ministro extorserit, quod ci-  
vies Breznenses coacti pro eodem deposuerint.

1701. In resolutione regia quoad decimam cleri 9<sup>na</sup> Aprilis extradata: „ iure praearrendationis decimarum fisco-regio ad confinia competente, in euentum vltioris belli-  
cae necessitatis, pro maiestate nostra per ex-  
pressum referuato. ”

1701. 28. Iunii vero explanatur prior resolutio, quod ius praearrendationis, fisco tantum quoad fruges referuetur, de reliquis domino terrestri cum arendantibus conuenire liberum esse.

Item, clerum, quas pro necessitate sua retinere vult decimas, retinere posse, non nisi quas aliunde arendare solet, fiscus praearrendare possit.


Item vt terminus sit festum Georgii, quo arenda soluatur, secundum ineundam cum clero conuentionem, vbi necdum determinatum arendae habuissent pretium.

### §. 9.

#### *Modalitas decimandi.*

Decimatores oportet esse indigenas & in quantum fieri potest, possessionatos, men-  
sura

fura solita adhibenda, prius nona pro domino terrestri, dein decima desumitur; si frumentum in aceruos compositum sit, decimator quidem aceruum subuertere, & superfluum accipere potest, si tamen eundem, vt rusticus iurauit, deprehenderit, vnum aureum eidem persoluit, et hac de causa equum suum apud villicum relinquere debet; decimam coloni pro decimae decima inueniunt, sed decimatori licitum est, de vectura, velut & trituratione conuenire; in cellario denique decimator penes mensuratorem admitti debet. 49)



1235. In priuilegio episcopatus Quinque-ecclesiensis, conceditur eidem, vt omnes officiales ecclesiae, qui decimatores vocantur, si voluerint, cum homine palatini, vel hominis

49) Sigism. IV: 5. 464: 24. (470: 3.) 471: 3.  
478: 15. 486: 40, 41. 495: 38, 44. 498:  
51. 500: 29, §. 2, 36. 613: 20. 618: 45.  
622: 70. 625: 45, §. 3. 630: 20. 635: 23,  
24. 647: 95. 649: 24. 659: 56. 681: 44, §.  
2. 729: 14. 765: 29. Item: S. Ladisl. I: 40,  
222: 21. 492: 48. 507: 15. 555: 15. §. 2.

minis parochiani, collectiones marturinarum dicare possint.

1238. Bela IV. ciuitati Tyrnauiensi largetur, ut decimas more Teutonicorum, in capetiis persoluant, prout hactenus est obseruatum.

1261. In priuilegio ecclesiae Agriensis statuitur, ut decimatores episcopi & capituli in horreo dicent.

1277. Ladislaus IV<sup>us</sup> in priuilegio ciuitati Soproniensi dato: „decimae vero vini tempore vindemiae per decimatores cum musto exigantur, vel denarii pro ipsis decimis vini eo modo persoluantur, sicut tempore vindemiae in torculari mustum comparatur.”

1435. Sigismundus rex ad petitionem plebanorum Transyluanicorum, ad illas partes mandatum mittit, vt decimas vinorum praefandorum, non cum vili & abiepto, aut per torcular extracto, sed cum bono et ex doliis extruso musto, tempore vindemiarum plebanis, & etiam aliis quibus competit extradare et persoluere debeant, post plenam vinorum recollectionem plebanos aut eorum decimatorem cellararia conspicere  
per-

permittant, et si ex conspectione cellariorum defectum repererint, illum supplere debent, nec sine scitu plebanorum aut decimatorum aliquod mustum tempore vindemiarum ante solutionem decimarum educatur.

1500. Respectu cultelli Bexin in saepius repetita transactione: „ quo cubulo iobagiones — domino ipsorum temporali prouentus seu akones — administrauerint, eodem cubulo, et ipsae decimae — solui debeat. ” Item: „ orea autem et cellaria tempore dicationis libere aperientur, & demonstrabuntur difficultate absque omnis singuli iudices aut villici possessionum ipsorum dominorum temporalium ex pretio solito — ipsas decimas dicatas singulis annis exigere, & decimatoribus — administrare debebunt. ”

1701. 9<sup>a</sup> Apr. Vbi imperator decimorum decimam sibi referauit, vna disposuit de eadem sequentibus: „ eamque — ecclesiastici regulares — arendatari — per ipsos met dominorum terrestrium — subditos decimatorios, tanquam aliunde etiam pro publica regni vtilitate laboribus gratuitis praestandis obligatos, ad — loca seu praesidia-

ria, seu annonaria per cameram designanda, in vna medietate circa festum Michaelis — aut si maluerint -- in toto simul & gratis -- conuehi curare debent. ”

Item: „ decimam bini canonici vbiuis conscribant, camerae resignent, decima pars decimae triturata bene perpurgata regi detur. ”

### §. 10.

*Causae, cur decimae praestentur, & de pecunia christianitatis.*

Tam noui, quam veteris testamenti pagina, decimas esse dandas proclamat; 50.) — vt sacerdotes habeant, vnde viuant; 51.) quia decimae in patrimonium Christi dedicatae, a Christi fidelibus et non schismaticis exigi solent; 52.) vt se christianos esse recognoscant; 53.) has in legibus, cur praestari debeant decimae allegatas inueni rationes. Quare etiam illi, qui nec ex vinis, nec frumentis decimam pendunt, pro eo pecuniam christi-

50.) Colom. I: 25.

51.) 597: 38. 598: 32.

52.) 495: 45.

53.) 498: 52.

christianitatis, sex denarios videlicet, prae-  
latis soluere iubentur. 54.)

\* \* \*

1198. Emericus rex dicit in priuilegio pro archiepiscopo Strigonensi emanato, quod S. Stephanus, & B. Ladislaus reges, mandato apostolico recepto, ordinauerint, vt rex de omnibus prouentibus regalibus, *in signum catholicae fidei*, decimam solvere debeant archiepiscopo. Hinc statuit, vt de omnibus prouentibus regalibus decimam, item tributorum decimam in terra Scepensi, & in Posonio *pro mensa sua*, recipiat.

1235. In priuilegio episcopatus Quinqueecclesiensis vero: „Cum decimae tam iure Mosaico, quam euangelica sanctione solui districtius iubeantur, sine quarum solutione saluari nemo potest.“

1248. In priuilegio episcopo Agriensi concesso, pro decima quarundam villarum in comitatu Sarosiensi ad regem pertinentium, dat eidem villas Cserép & Csege in Borso-

G 3

dienſi

dienſi & Szabolcsenſi comitatibus, ac pro ratione cambii adducit: „ Sacra docente ſcriptura comperimus permiffum fuiffe, a regibus, principibus, & patronis, commutatiōnes, ſeu permutationes fieri poſſe, cum poſſeſſionibus eccleſiae et poſſeſſionum fructibus, de conſenſu epifcopi et capituli, dummodo meliores dentur eccleſiis in concambium et fructibus foecundiores, ac utiliores cum quieta poſſeſſione. ”

1456. Vbi rex Ladislaus de decimis villarum Szent Mihály etc. mandatum ad comites Siculorum miſiſſet, dicit: ” quia decimae de iure diuino, non ſecularibus, ſed eccleſiaſticis dari debent. ”

1500. Dum capitulum Zagrabienſe de decimis cultelli Bexin tranſegiſſet, rationem ſequentem adducit: „ in recognitionem fidei catholicae et in ſignum veri tituli christianitatis perpetuis futuris temporibus etc.

1522. In mandato regis Ludouici II<sup>di</sup> contra praeceptum ſaluatoris noſtri & etiam iſtitutum sanctorum patrum, atque etiam contra veterem et ab antiquo obſeruatum morem et conſuetudinem, decimas foluere nolint. ”

## §. II.

## Causae Decimales.

Causae decimales olim ad forum spirituale spectabant, & si de proprietate decimarum lis oborta fuit, rex iudicauit, iam autem a comitatibus & curia regia, non Romana, deciduntur. 55.)

\* \* \*

1447. Inter statuta decanatum Cibiniensis & Brassouiensis, articulo 11<sup>mo</sup>, ponuntur inter causas ecclesiasticas, causae decimorum, cum earum consuetis dependentiis, incidentiis & connexis. Benkö Milkovia.

1486. Mathias rex causam quoad decimas inter episcopum Zagrabensem et nobiles Sclavoniae, commisit palatino, iudici curiae & compluribus aliis tam ecclesiasticis, quam secularibus viris diiudicandam. Edidit mandatum Pray in Hier. P. II. p. 354.

G 4

1512.

55.) 486: 44. 504: 13. 608: p. c. 5. 613: 19. 635: 23, §. 2. 647: 16, §. 8, 10. 715: 28. 729: 28, §. 20. 29, §. 6. 765: 14. Item 462: 3, §. 5. 486: 45. 495: 43. 498: 50. 563: 72. 574: 76. 596: 58. 599: 43.

1512. Julius II<sup>dus</sup> pontifex, omnes decimas, quas decani et plebani, propter carentiam episcopi Milkoviensis exigebant & quaeunque alia ad mensam episcopalem Milkoviensem pertinentia, in Strigoniensis ac Milkoviensis ecclesiarum usus conuertenda admittit. Benkö Milkovia T. I. p. 170.

1701. 28<sup>a</sup> Iunii Leopoldus ius mandavit, vt vbi plures ad eandem decimam ius praetendunt, dioecesanus decimas sequestreret, praetendentes vero coram conferentia eattenuis Viennae ordinata, ius suum demonstrent.

### §. 12.

#### *P o e n a e.*

Diuersae circa decimas, poenae sanctae sunt. Decimam abscondens ac peierans & superfluitatem perdit, & iustum decimam praefat. 56.) Decimam iam separatam furatus, ut fur iudicatur. 57.) Decimatores excessus patrantes, velut violenti conueniuntur.

56.) 495: 38. item S. Steph. II: 52. S. Ladisl. I: 40, §. 1. 57.) S. Steph. II: 52.

tur. 58.) Arendatores male decimantes, vel exactiones facientes etiam qua violenti tractantur. 59.) Episcopi inuitis patronis, plebanos si confirment, decimam illius possessonis, vbi id contingit, amittunt. 60.) Episcopi, si non sint Hungari, decima illis ab exemplo episcopatus Jauriensis, denegari potest. 61.) Aliis, quam domino terrestri ante festum Georgii in arendam locans praelatus, pro eo anno decimam amittit, et dominus fundi illam gratis recipit. 62.) Camerarii aut alii officiales pro se contra dominos terrestres, decimam in arendam accipientes, officio priuantur 63.) si domini terrestres potentiores; alios, qui tempestine arendam deposuerunt, ab eadem excludant, ut violenti conueniuntur. 64.) Qui usque festum Epiphaniarum vinum non decimant, restantem illius anni decimam amittunt. 65.)

G 5

Inui-

- 58.) 715: 97. Olim alias, vide 471: 3. 486: 40,  
 §. 5, 6. 495: 37, §. 4 - 9. 504: 23. 514:  
 64. 625: 45. 59.) 655: 89. Item 495: 37,  
 §. 9. 536: 38, 39. 574: 23. 60.) 504:  
 26. 61.) 569: 35. 62.) 548: 61. 63.)  
 574: 22. 655: 89, §. 6. 64.) 622: 70, §.  
 3, 4. 625: 45. 65.) 647: 95, §. 7.

Inuito daecimae domino, se ad illam inge-  
rentes ac exactiōem illius impedientes,  
porro illi, qui decimam nōn soluunt, violen-  
ta manu auferunt, nunc poenam dupli in-  
currunt, 66.) olim grauiori poena, nota  
infidelitatis, imo ipso quoque interdicto  
plectebantur. 67.)

\* \* \*

1235. In priuilegio episcopatus Quin-  
queeclesiensis: „Quicunque ad festum —  
totas vel partem decimarum plene non sol-  
vit — illa possesio nostrae maiestati ac-  
crescat.”

1261. In priuilegio episcopatus Agrien-  
sis: „qui si non soluunt vsque terminum  
praedictum ex integro, extunc comes par-  
tem cum iudicio persolui faciet decima-  
toribus ecclesiae Agiensis cum dilatōne 15.  
dierum.”

1435.

66.) 548: 61, §. 6. 555: 15. 609: 17, §. 2. 613:  
19. 618: 45. 647: 95, §. 5. 67.) Sigism.  
IV: 6. VI: 7, 6tus. 486: 45. 495: 37, §. 11.  
542: V: 3. 543: 28. 545: 2. 547: 22. 596:  
55. 625: 16, §. 3.

1435. Sigismundus rex, ad petitionem plebanorum Transyluanorum, quoad decimas mandatum expediens: „contrarium facientes, inquit, per episcopum Transyluaniae, vayuodas Transyluaniae & comites Siculorum pro tempore constitutos, cum damnis & grauaminibus, imo si necessum fuerit, per ablationem rerum & honorum ad dictorum mandatorum obseruationem compellant.”

1486. Mathias I. usque decisionem litis inter episcopum Zagrabensem & nobiles Sclauoniae statuerat: „antequam episcopus ad dicandas — decimas homines suos mittet — interdictum iam pridem ad ipsos regnicolas, ratione huiusmodi dictionum decimarum impositum — remouere debeat, ea cum conditione, quodsi — ipsi regnicolae post relaxationem huiusmodi interdicti colonos — dicare non paterentur, vel — exsoluere recusarent — in interdictum reincidant eo facto, vt huiusmodi interdictum ipse episcopus ad eos rursus imponendi plenariam & liberam habeat facultatem.”

1500. In ea, ad quam de decimis cultelli Bexin saepius me prouocauit transactio-ne, additamentum birsagii duorum denario-rum ad singulam capetiam, vel cubulum vini statuitur, quorum unus cedit capitulo Zagrabiensi, alter in sortem dominorum tem-poralium. „Si contumax ipse temeritatem ostenderet, — ad soluendum decimas cum birsagio, virtute ecclesiasticae iurisdictionis, per censuras compellatur.”

1701. 9. April. In resolutione Leopol-dina, in non praefstantes decimam poena dupli statuitur. Item, si clerus decimam decimae fraudulenter insinuaret, duorum anno-rum decimas amittat, tunc nouem partes fi-sco, decima cedit delinquenti.

1701. 28. Iunii in alia resolutione, sub-arendationes pro officialibus fiscalibus, vel aliis in fraudem arendantium, vel domino-rum terrestrium, aut etiam ipsius fisci ve-tantur, quin vlla poena dictetur.



S. 13.

§. 13.

*Obligatio a decimis.*

Clerum a decimis gentes praestare obligatum fuisse, tum ex legibus, disertis verbis gentium intentionem, 68.) vel taxationem 69.) hoc titulo eidem imponentibus, patet, tum etiam quod vbi decimarum amissio instar poenae statueretur, decimae ad confinia conuerti iubeantur, 70.) tum denique quod ipsa praearendatio decimarum fisco regio in vicinitate confiniorum competens, eorundem conseruandorum causa, 71.) imo & dominis terrestribus adconfinia vicinis idem ius prae ceteris tribuatur, 72.) sed & principi Rakoczy decimae Vltratibiscanae ut ad confinia conuertantur, cessae fuerint. 73.)

Cum

- 68.) 498: 15, 52, §. 1. 500: 22. (518: Toln. 3.  
Bach. I, §. 5. 2. 521: 20, 23. 523: Bud. 525  
Rakos: 13.) 42.) 537: 15, 16. 542: V. 34, 35.  
VI: 26. 543: 13. 545: 17, 22, 53 & resp. §.  
17, 18. 546: 16. 547: 35, §. 2. 552: 3. 553:  
8. 555: 5, 15. 559: 14, §. 2. 595: 14. 69.)  
596: 10. 598: 15. 70.) 504: 26, §. 4. 514:  
64, §. 2. (518: Bach. 19. 519: Bach.) 71.)  
563: 68, §. 4. 569: 27. 574: 22. 575: 3.  
609: 10, §. 2. 655: 89, §. 6. 715: 11. 72.)  
569: 27. 73.) 647: 20, §. 5.

Cum nonnullis legibus, gentes titulo decimae separatim tentas fuisse, 74.) probari posit, ex combinatione autem plurium aliarum legum, verisimilius, 75.) ex nonnullis autem certum 76.) euadat, tam titulo decimae, quam reliquorum bonorum simul sumtorum, praelatos banderia seruasse, quod etiam exemptione a pecuniis, de iobagionibus impositae 77.) euincitur, hinc genuine, saltem quoad integrum statum ecclesiasticum, quantum propter decimas, de gentibus servare debuerit, definiri non potest. Hac de causa obligationem defendendae patriae, clerum iuxta leges in genere, quocunque demum titulo id eidem incumbat, manentem, eruderare hic conabimur.

\* \* \*

1215. Ex decisione litis de decimis comitatus Simigiensis per Innocentium III. inter episcopum Veszprimiensem, ac abbatiam

74.) (518: Toln. 3.) 542: V: 34. 545: 17, 22. 75.)  
435: V: 1. 454: 3. (459: 1.) 500: 22. (518:  
Toln. 3. 525: Rakos, 42.) 76.) 498: 15.  
(518: Bacs. I, §. 5, 2. 77.) (521: 20, 23.)

tiam S. Martini interuenta patet, quartam decimarum, item decimam ab animalibus & desertis, seu ut hic vocantur, noualibus, titulo reparandarum ecclesiarum ab episcopo Veszprimensi fuisse in praetenctionem sumtam, a cuius onere pontifex eundem, abbatem autem, cui omnes decimas adiudicauit, ab extradanda quarta absoluit. Sic enim loquitur pontifex: „quod si forte super eisdem decimis te priuilegium aliquod tueretur, quartam fabricae deputatam ad reparandas ecclesias & decimas noualium, nec non animalium sibi deberi dicebat.” Item: „jurisdictionem, inquit, episcopalem in eis episcopo duximus referuandam, exceptis quae in compositione praedicta, de quarta fabricae, decimatione noualium & animalium sunt deducta.”

Sigismundus in responso ad Transyluanos quoad decimas Volahorum episcopaliū, iam ad ~~sum~~ huius capitī quartū exposito, expresse dicit, quod episcopus ea propter banderium seruare, capitulum autem & alii viri ecclesiastici pecuniam pro exercitu suppeditare debeant.

Idem

Idem 1434. Vlma comitatui de Saros mandat, vt semidecimam, seu vicefimam partem decimarum, super clerum per Basileense concilium, & regnum Budae congregatum, ad bellum contra Hussitas impositam, semel exigat.

1701. 9. Aprilis in resolutione regia, quoad cleri decimas sequentia disponit:,, in signum gratitudinis, iuris armorum, quam inuicem praehabiti oneris banderiorum militarium, ante hac — cleri — expensis ad insurrectionem contra communem Christianitatis hostem visitatorum, nunc vero penitus sublatorum, " decimas decimarum cuiuscunque generis frumenti, tritici, filiginis, hordei & auenae ab omnibus in toto regno cleri membris, quamdiu necessitas fortalitia & milites intertenendi exposcit, salua prius ab inde pro parochis separanda sedecima, annuatim praestandas acceptat, adeo vt ab hac vniuersali granorum decimalium decimae partis praefiatione nullus fit eximendus. Postea sic prosequitur:,, Proinde omnis decimarum arendatarius & quidem sine villa defalcatione — contractualis summae arendatitiae — clero — integraliter exsol-

ven-

vendae, non secus ac ipse met cleru — re  
gliae maiestati pendere sit obligatus.”

### §. 14.

#### *De insurrectione personali.*

Possessionatos ex statu ecclesiastico ad personaliter insurgendum obligari, legibus illis innuitur, quae de statibus & ordinibus regni in genere sohant. Sed etiam peculia-  
ris eiusdem mentio fit in legibus infra citan-  
dis. 78.)

Imo & episcopi titulares, abbates, &  
praepositi minus possessionati, siquidem no-  
bilitari praerogatiua gauderent, in personis  
prodire, vel loco sui equites statuere tene-  
bantur 79.)

Praelatis in habilibus, abbalibus & pree-  
positis possessionatis idem indultum suit, vt  
scilicet loco sui singulus equitem mittat. 80.)

Capitula diuersimode. Pro personis  
suis secundum facultates ; 81.) quisque ca-  
noni-

78.) 454: 3. (459: 1.) 492: 19, §. 4. 523: 42.  
662: 10, §. 2. 79.) 662: 5, §. 5. 681: 46,  
§. 6. 741: 63, §. 13. 80.) (523: Bud. 525:  
32.) 622: 21, §. 6. 81.) 543: 13.

nonicus equitem vnum 82.) suppeditarunt. Tardius in vicem personalis insurrectionis, quous capitulum vnum e numero sui ad sacra in castris peragenda, 83.) vnum vel alterum, 84.) vltimo vero singulum capitulum vnum equitem 85.) expediuuit.

Conuentus titulo personalis insurrectionis equites dederunt; 86.) dein duos fratres ex singulo monasterio ad euangelium in castris praedicandum; 87.) vnum vel alterum; 88.) vltimum aliquot 89.) mittere iussi sunt. Postrema tamen lex de minus possessionatis sonare videtur.

Moniales bona possidentes semel pro eorum personis singulum vnum equitem mittere obligabuntur. 90.)

### §. 15.

*De insurrectione generali, seu statutione gentium.*

Quod statuendos milites concernit, vsque 1599<sup>um</sup> clerus multoties in duplicem classem diui-

- |                      |                   |                         |                       |                    |               |
|----------------------|-------------------|-------------------------|-----------------------|--------------------|---------------|
| 82.) 523:42.         | 542: V: 34.       | 545:22.                 | 83.) 552:<br>3, §. 7. | 84.) 662: 5, §. 5. | 681:46, §. 5. |
| 85.) 741:63, §. 15.  | 86.) ( 523: 42. ) | 87.) 542:<br>V. 41.     | 88.) 662: 5, §. 4.    | 681: 46, §. 5.     |               |
| 89.) 741: 63, §. 13. |                   | 90.) ( 525: Rakos. 32.) |                       |                    |               |

*diuiditur, in decimam habentem & hac ca-*  
*rentem.*

Posterior, velut reliqui status, a propor-  
tione possessorii sui milites suppeditabat. Ille  
a decimis quoque peculiarem obligationem  
habuit. Sigismundi tempore hunc in finem  
fuerunt confecta regesta. Ad haec etiam ipse  
Sigismundus in vocibus: *Praelati deputati*  
*pro defensione illarum partium cum suis*  
*banderiis* 91) semet prouocare videtur. Sub  
Ladislao posthumo et Mathia Corvino plu-  
ries statutum fuit, vt ecclesiastici, quemad-  
modum tempore Sigismundi consueti fuerant,  
cum banderiis & lanceis suis exercituare te-  
neantur. 92) Sub Wladislao II<sup>do</sup> & Ludo-  
vico II<sup>do</sup> regestorum Sigismundi fit mentio.  
In regesto hoc quae statui ecclesiastico im-  
posita fuerunt onera, in sequentibus consi-  
stunt.

Versus fluuum Új ponitur prior Aura-  
nae cum uno banderio, episcopus Zagrabien-  
sis cum uno banderio.

H 2

Ad

91) 435. 1, §. 1.  
92) 454: 3. (458: 19. 459: 3.  
468: 6.)

Ad partes Uzrae militabant, episcopi Quinqueecclesiensis vnum banderium et episcopi Bosnensis equites centum.

Versus Temesköz, archiepiscopi Colocensis vnum, episcopi Varadiensis vnum banderium, episcopi Csanadiensis equites ducenti.

Versus Transyluaniam episcops Transyluaniae vnum suppeditauit banderium.

Contra Germaniam & Hussitas archiepiscopus Strigoniensis et episcopus Agriensis, singulus banderia duo.

Pro custodia arcis Posoniensis episcopus Jauriensis lanceas quinquaginta, episcopus Veszprimiensis lanceas 50. abbas S. Martini lanceas 25. De reliquis praelatis altum silentium.

Sub Wladislao vero, cum ad vnum banderium 400<sup>ti</sup> numerentur, 93) decimis prouibus cleris 6,750. equites 94) statuit, ad quos tamen nonnisi illi ecclesiastici, quibus banderia tenere licuit concurrerunt, & numerum praedictum etiam milites a bonis obuenientes ingressi sunt. 95)

Sub

---

93) 492: 20. 94) 498: 20. 95) Vide leges ad sum 13, numeris 68. & 69. prouocatas.

Sub Ferdinando I<sup>mo</sup> et Maximiliano titulo decimorum, nunc decimam partem horum prouentuum administrabant, nunc de singulis centum florenis, equites quinque, dein duos continuo equites in confiniis intertenebant, praeterea vero tam continuos milites, quam & occasione iusurrectionis, prout alii status, — equites suos statuebant. 96)

Sub Rudolpho abbates, praepositi, archidiaconi, capellarum rectores & alii maiora beneficia habentes, ac decimas, nonas, quartas, et sedecimas percipientes, non possessionati semel milites mittendos habebant, dein taxati fuere. 97) Vnde collimare licet, episcopos etiam adhuc titulo hoc milites praeslitisse.

Post 1608<sup>um</sup> annum vero, nullam aliam in legibus ipsis impositam obligationem inuenio, quam ceteris quoque statibus regni communem, 98) nisi fundamentalis legis 8: 715. verbis *banderia sua respectiue producere*, tacite innui dicamus, quod & nunc

H 3

a de-

96) 537: 15. 542: V: 34, 35. 543: 13, 28. 545: 17, 22. 546: 16. 552: 3, §. 6. 578: 11. 97) 595: 14. 596: 10. 598: 15. 599: 7. 98) 622: 21. 659: 28. 662: 5, 10. 681: 46. 741: 63.

a decimis ecclesiastici occasione insurrectionis milites statuere teneantur.

Ista de maiori clero statuta deprehendo. Videamus etiam reliquorum obligationem.

Abbates et praepositi minores possessio-  
nati interdum loco militum, decimam par-  
tem prouentuum administrarunt, interdum,  
quemadmodum per comitatus limitabantur,  
in pecunia obligationi suae satis fecerunt. 99)

Conuentus bona non habentes nonnun-  
quam milites secundum possibilitatem suam  
praestabant. 100)

Moniales velut alii a bonis suis. 101)  
Beneficiati pro persona sua equites,  
102.) Sopronienses vero 200<sup>rum</sup> florenorum  
prouentus habentes unum equitem 103.) de-  
derunt, vltimo secundum limitationem dioe-  
cesani. 104.)

### Pleba-

---

99) (518: Bac. 19. 519: Bach. 521: 9.) 542; V:  
35, 596: 10. 598: 15. 599: 7. 100) 595: 14.  
101) (518: Tol. 4. 523: Bud. 525: Rak. 32.)  
662: 5, §. 4. 681: 46, §. 4. 741: 63, §. 14.  
102.) 545: 22. 103.) 662: 5, §. 7. 681:  
46, §. 7. 104.) 741: 63, §. 14.

Plebani ciuitatum & aliorum potiorum locorum, secundum prouentus suos limitabantur; 105.) illi vel patroni ipsorum ex prouentibus centum florenorum duos equites, 106.) dein ex ducentis florenis vnum, 107.) nostra aetate, prout eos dioecesanus limitauit, praefiterunt. 108.)

Plebani pauperiores nunc contribuebant, 109.) nunc decimam partem prouentuum suorum suppeditabant, 110.) mox decem villani vnum equitem, 111.) statuere iusli sunt, mox a vicecomitibus vel dioecesano limitati taxam deposuerunt. 112.)

Magistri capellarum et rectores altarium ab anno 1537. vsque 1599<sup>um</sup> cum minoribus, 662<sup>do</sup> & 681<sup>mo</sup> vero cum maioribus plebanis onus commune ferebant.

Concionatores etiam intra 1595<sup>um</sup> 1599<sup>um</sup> taxabantur. Sed isti fors Euangelici erant.

H 4

1494.

- 105.) (525: Rakos. 14.) 106.) 545: 25. 107.)  
 662: 5, §. 7. 681: 46, §. 7. 108.) 741:  
 63, §. 16. 109.) 537: 17. 110.) (518:  
 Bacs. 19. 519: Bach. 521: 9.) 542: V: 35.  
 VI: 27. 543: 17. 111.) 545: 23. 662:  
 5, §. 6. 681: 46, §. 7. 112.) 595: 12.  
 596: 10. 598: 15. 599: 7. 741: 63, §. 16.

1494. in regeſio prouentuum regalium deprehendo, episcopum Vacziensem ſoluis ſe florenos nongentos regi, ne per integrum annum exercituet; Nitriensem autem 2043. florenos, de quo tamen alia cauſa exponitur, nempe: „ ratione omnium bonorum ſuorum, quae in iſta contributione ſoluere debbat. ”

1548. Ferdinandus I<sup>us</sup> cum episcopo Agriensi Nicolao Olah contractum iniuit, vigore cujus duo castellani arcis Agriensis tam episcopo quam regi iurare tenebantur, prouentuum vero tertia pars pro ſuſtentatione familiae referuabatur, altera ad restaurationem ecclesiae, ac munitionem arcis, tertia ad ſolutionem castellani, bombardiorum, peditum, equitum, per prouiforem et contraſcribam regi iuratum convertenda, rationesque defuper dandae erant. Pray Hierarchiae P. II. p. 216.

1694. Cum episcopo Agriensi Fenelly per cameram a Turcis recuperata bona tra-dita fuiffent, ad ſuppeditanda tempore tam extenorū, quam internorū belli mu-  
um,

um, sublato olim insurrectionis obligamine, extra ordinaria subsidia obligatus existit.

1741. in comitiis 5ta Octobris apud statutis maioritate votorum coalitum fuit, ut praelati a prouentu suarum decimarum decimam partem in parato aere ad istiusmodi insurrectionem pro hac vice contribuant, cui superiorum partium ablegati nimium aduer- fabantur. Septima Octobris, hoc negotio ventilato Agriensis episcopus Erdödy asserebat, clerum alioquin pro reparandis praefisiis annuatim quingenta millia, in toto plus septem millionibus praestitisse. Nona Oct. concursum a decimis cleris difficultavit, tum ex eo, quod insurrectio haec a portis sit oblata, tum vero, quod dispositio de decimis non sit in ipsorum potestate, sed sint iuris diuini, & licet antiquitus etiam a decimis concurrere obligabantur, id tamen duntaxat, quando contra Turcam bellum gestum est, & quidem erga dispositionem summi pontificis. — Oct. 13a Agriensis episcopus retexit, clerum absque summi pontificis assensu statuum desideriis posse illigari, iuris iurandi vinculo adstrictos, sedi

apostolicae, illud si fiat, clerum Vngaricum sacrorum canonum vel ignarum turpiter esse, vel malitiosum iure meritoque dictuae, exemplum rei clarissime peti ex anno 1730mo, quo Emericus Csaky cardinalis clero Posonium conuocato, petitionem talismodi caesari defuncto directe negarit. Quod autem clerus ad praefidiorum Turcis oppositorum reparationem primum iam & vicelimum in annum contribuat, optimum firmandae suae assertioni videri potest argumentum illi, cui minimum de bullis pontificiis iteratis, annua quippe biennii, triennii, quinquennii, ut sanctissimo visum, virtute pollutibus, in notitiam venit — Decima sexta Octobris, status pro conuincendis praelatis, scriptam in legibus regni fundatam praetensionem deduxerunt. Clerus reposuit, allegatos articulos de decimis sonantes, sub controuersia semper fuisse, adeoque clerum non obligare. — 17<sup>a</sup> Oct. considerationes cleri ex legibus deductas in sessione legerunt, quibus clerus euincere voluit, se nec ad banderiorum productionem, nec ad equitum ex prouentibus decimalibus praestationem obligari. Status remonstrarunt prioribus suis ratio-

tionibus, clerum non tantum contra Turcam, sed etiam christianos banderia sua producere obligari. Eadem die dum apud magnates de hac re disputaretur, dixit primas, non agi rem inter status, ut rite dici existimandum sit, tres consensisse, vnum dissentire, sed agi clerum inter & seculum. Kolinovits, & Diarium M. S.

Oct. 19. deputatio cleri perorauit: „ quod posteaquam hocce in negotio V. Clerus confidisset, primum & ante omnia adsumserit, quidnam absque praeuaricatione iuramenti, sedi apostolicae debiti facere posuit, & repererit, quod absque ea intentionem I. Statuum secundare nullatenus valeat, adducendo pro fundamento exemplum anni 1720m̄ dum videlicet defunctus imperator Carolus VIus desiderasset pro reparacione ducatus Temesiensis et fortificatione praefidiorum a decimis certam quotam sibi praestari, eam tunc etiam praevia ex ratione denegatam fuisse, adeoque tunc quoque suam maiestatem regnantem pro bulla pontificia recurrere debuisse, virtute cuius postquam anni bulla expressati cessassent, iterum nouam accipere debuit, et sic solutio cleri vsque in finem

finem nonnisi penes bullas pontificias practicabatur. Sperat itaque V. Clerus quod I. Status non desiderabunt, eundem ad talia, quae ipsius absolutæ iurisdictionis non essent, stringere. Nihilominus consideratis modernis circumstantiis suae Maieftatis reginae, volunt dare certam notabilem summam suae Maieftati, quae plus exportabit, quam contributiones annorum 726<sup>ti</sup> & 727<sup>mi</sup> " summam hanc in vno loco cum triginta, in alio cum quadraginta millibus florenis exponit auctor libri Auszug des Ungarischen Reichs und Landtagsprotocolls von 1741. p. 2036.


Status tamen hoc postulato suo inhaeserunt, & maieftati negotium repraefentari volebant, magnates alterius erant opinionis; tandem regina a quaestione hac abstrahi iussit, & saluatelam ad leges ponendam admisit.

Mihi quidem hactenus nec sic dictum diarium publicum seu authenticum, nec deductiones ab utrinque factas legere licuit, videtur tamen mihi, quod clerus obligacionem praestandi quidpiam titulo decimarum ex his rationibus negauerit, quod — a) ad bellum

bellum hoc titulo, nonnisi contra christiani nominis hostes obortum praestare sint obligati — b) citra pontificis assensum id eis facere non liceat. — c) leges de decimis latas semper sub controuerzia fuisse, adeoque clerum non obligare.

Ego responderem, ad a) verum quidem esse, quae banderia praelatorum praefixa fuisse, cum aliqua certitudine probare valemus, ea contra Turcas, vel sic dictos haereticos, Hussitas nempe, adhibita fuisse. Ast leges generice hanc obligationem impununt, quin contra solos praetenses hostes fideli id restringatur. Praeterea ex regesto Sigismundi superius notaui, ad defensionem arcis Posoniensis, episcopos Jaurensem, Vesprimensem, & abbatem S. Martini lanceas suppeditasse. In Austria vero, arci opposita, quantum mihi constat, Hussitae non erant. — Ad b) inuenio quidem exempla in legibus, oratores ad pontificem subsidii petendi causa destinatos fuisse, verum non a clero regni, sed ab ipsomet pontifice praestandi gratia. — Ad c) Vbi viritim, non iuxta status vota desumuntur, quod ex pluribus praesertim praeteriti Seculi actis diae-

tali-



talibus demonstrari potest, ibi ad obligacionem vni statui imponendam, ipsius assensu opus non esse, pluralitatem votorum sufficere. Praeterea habet clerus responsum in 495: 31. 514: praef. §. 4. 542: V: 36. 550: 34, 64. 647: 5. 681: 26. 687: 21. 715: 30, §. 1 & 26. 791.

1765. Grauamine Dalmatiae, Croatiae & Sclauoniae 33<sup>io</sup> „ supplicatur — quatenus subsidium, quod clerus Croatiae titulo reparationis finitimorum praesidiorum quotannis praefiat, in instauracionem conservationemque praesidiorum banalis confinii, erga assignationem principis primatis, clementer ordinare dignetur. ” Regina reposuit, se reparandorum banalium praesidiorum benignam reflexionem habituram.

### §. 16.

*Poenae circa insurrectionem quoad ecclesiasticos  
fancitae.*

Poena — a) non insurgentium, vel loco sui equites haud statuentium praelatorum erat velut aliorum statuum, homagium & communis aestimatio vniuersorum bonorum;

113.) quinquaginta floreni ; 114.) arbitra-  
ria. 115.)

b) Gentes suas non expedientium. Prae-  
lati, abbates, praepositi capitulis non incor-  
porati, capitula, monasteria, conuentus, &  
claustra monialium, in homagiis suis, & in  
super toto exercituationis tempore, in aesti-  
matione communi bonorum suorum ; 116.)  
plebani ciuitatum & potiorum locorum in  
amissione beneficii & rerum suarum 117.)  
conuincendi erant.

c) In domibus ecclesiasticarum persona-  
rum condescendentes, poena capitis & amissio-  
nione bonorum suorum 118.) plectendi erant,  
posteriori tempore arbitraria poena statue-  
batur 119.)

---

CA-

---

113.) 622: 21. 662: 5, §. 23. 681: 46, §. 24. 741:  
63, §. 5. 114.) 659: 28. 115.) 723: 12,  
§. 3. 116.) 662: 5. 681: 46. 741: 63.  
117.) 545: 25. 118.) 523: 21, §. 1, 2. 595:  
27. 599: 5. 600: 20. 119.) 662: 2, 13  
combinatus cum 24: 543. & 28: 464.

## C A P U T XVII.

*De Praedialibus ecclesiarum.*

**P**raediales archiepiscopi Strigoniensis, episcopi Iauriensis, abbatiae Sexardiensis, abbatiae de Tapofzka, ecclesiarum in Croatia & Sclauonia a) penes dominos terrestres, ad rationem ipsorum militant, b) quoad homagia & iuramenta cum nobilibus regni aequiparantur, c) a contributione, d) decimis, e) & teloniis f) exenti sunt, velut unius sessionis nobiles tractari solent, g) & licet archiepiscopi Strigoniensis praediales, semel per palatinos & vicecomites suos taxati fuerint h), secus tamen in genere eatenus per vicecomites & iudices nobilium, aut dicatores

- 
- a) (518: Bacs. 27. 519: Bach.) 550: 71. 563: 59,  
 §. 4. 567: 14. 681: 54. b) (459: 1.) 567: 14,  
 §. 1. 659: 85, §. 4. 662: 5, §. 12. 681: 46,  
 §. 11. c) (521: 19.) 567: 14. d) 222: 3,  
 §. 2. 342: §. 19. 741: 63, §. 9. e) 500: 29,  
 §. 4. f) 563: 59, §. 4. g) (521: 19.) 546: 6.  
 h) 599: 8.

tores comitatuum limitabantur, i) bona denique praedalia per archiepiscopos & episcopos conferri solent. k)

\* \* \*

1723 die 15<sup>ta</sup> Martii in comitiis quaestio formabatur, an praedialistae archiepiscopatus Strigoniensis taxandi sint? Comaromiensis comitatus ablegati dixerunt, a 7. circiter annis taxationem curialistarum interturbatam haberi. Posoniensis, usum taxationis eorundem in hodiernum diem continuari. Nitriensis autem ante motus sopia, in exactione floreni unius, denariorum 50. usum & possessionem comitatus habuisse.

In sessione 25<sup>tæ</sup> Iunii status reflectit Szluha protonotarius, ad protestationem primatis respecu praedialistarum & factae determinationis, ut praedialistae instar comitatensium curialistarum, praeter taxam nullis oneribus subiificantur. Nitrienses & Ves-

pri-

i) 537: 13. 595: 6. 596: 10. 599: 7. 622: 24,  
§. 3. 625: 28, §. 3. 647: 26. k) 723: 39,  
§. 13.

primienses ablegati petebant modificationem determinationis , siquidem hi duo comitatus in vsu taxandorum praedialium praefuissent, nec iidem contra comitatus quaerelam depo- fuissent. Mansit determinatio , vt praediales pro officialium suorum necessitatibus intra sedem taxentur , ab aliis omnibus sint immunes. Diarium diaetae MS.

1734. In congregacione regni Croatiae 28ua Junii Varasdini celebrata,iuxta articulum eiusdem 19um Episcopus Zagrabiensis pro- duxit priuilegium Ludouici Imi a Mathia Imo confirmatum de praedialibus eius ecclesiae contributioni non subiiciendis, quae iam etiam per articulos 1706 & 1721 confirma- ta sint; itaque eosdem vltro ab impositio- ne exemptos declararunt Status.

## C A P U T XVIII.

*Nonnulla obiecta, cum obiectis ecclesiasticis nem  
cum habentia.*

## §. 1.

*De scholis.*

**S**cholae a contributione & condescensione militum, 1.) scholares vero a decimis & teloniis 2.) immunes sunt; olim scholares praelatis suberant, 3.) & scholas ab ipsis errectas, vel ex vacantibus beneficiis institutas 4.) dirigebant, horum tamen, velut & seminariorum ac conuictuum, num fundationi satisfiat, inspectio, rationumque desuper defumtio regi competit. 5.) Foglariana tamen fundatio, comitatus Heuessiensis ac curiae regiae inspectioni 6.) commissa est.

I. 2

1560.

- |             |            |         |             |              |
|-------------|------------|---------|-------------|--------------|
| 1.) 598:4.  | 681:22.    | 715:43, | §. 5.       | 2.) 458:10.  |
| 3.) 514:60. | 4.) 548:6, | §. 4,   | 12.         | 5.) 548:     |
| 7, 12.      | 550:19.    | 553:24. |             | 587 confirm. |
| 715:74.     | 723:70,    | 105.    | 729:17,     | 21.          |
| 43.         | 751:21,    | 765:13, | 6.) 741:44, |              |

\* \* \*

1560. §. 7. Ferdinandus Imus vniuersa bona ecclesiastica, exceptis iis, quae ad scholas intertenendas applicauit, secularibus donata, ecclesiasticis restitui mandat.

§. 15<sup>to</sup> vero: „annuimus, vt praelati ex bonis eiusmodi ecclesiasticis vacantibus, partem aliquam ad erigendas & intertenendas scholas & ludos litterarios, in quibus iuuentus sub praceptoribus non haeretico — sed catholico — erudiatur, conuertere & applicare possunt.”

## §. 2.

*De xenodochiis.*

Ista eximuntur a contributione 7.)

## §. 3.

*De ecclesiis.*

Ecclesiis ex vetustate desolatas, rex & episcopi aedificant, violatores earundem capite plectuntur. 8.)

## §. 4.

7.) 598: 4. 8.) S. Steph. II: 34. S. Ladisl. I: 8.  
486: 61, 62. 522: 36. 595: 27, §. 2. 715: 60.

## §. 4.

*De festis diebus.*

Quaenam festa & vigiliae celebrandae, & quomodo contrauenientes puniendi sint, legibus determinatum est. 9.) Euangelici tamen quoad forum externum tantum, has festiuitates obseruandas habent, in priuato praeter strepitosos, quosuis alios labores peragere poterunt. 10.)

## §. 5.

*De asylo.*

Afylo gaudent ad ecclesias, pedes episcopi & curiam regis fugientes, iam tamen elaboratio casuum confilio regio delata habetur, ac in futura diaeta referenda veniet. 11.)

\* \* \*

1317. In priuilegio a Carolo Imo monasterio S. Crucis in Austria concessso, est

I 3

illud

- 9.) S. Ladisl. I: 12, 15, 16, 25, 26, 37, 38. Colom. I: 72. II: 13, 14. 464: 25. 723: 29, §. 9.  
 10.) 791: 26, §. 17. 11.) S. Ladisl. II: 1, §. 2.  
 III: 4, 5, 17. Colom. I: 84. 723: 113.  
 765: 27.

illud quoque punctum, vt nulla persona ad domos ipsorum seu curias, aliasque possessiones, quacunque de causa spe defensionis confugientes excipere, capere praesumat, & hoc praecipue in curia ipsorum Posoniensi.  
 1367. Ludouicus vero Iamus in confirmatione eiusdem priuilegii, istud ius abrogauit.

## §. 6.

*De blasphemis.*

Blasphemi in Deum, B.V. Mariam, Sanctos, baptismum & animam, id est, qui eis maledixerint, prima & altera vice pulsantur baculis, tertia vice, vt homicidae tractantur, audientes vero blasphemari & non accusantes, in tribus marcis conuincuntur. 12.)

## §. 7.

*De haereticis.*

Publici haeretici, damnatae scilicet haeresi adhaerentes notam infidelitatis incurunt. 13.) Causae haeresum, seu suspectorum de haeresi, forum spirituale concernunt. 14.) Haeretici autem in sensu legis sunt, qui sanctam

12.) 563: 42. 659: 42. 723: 110. 13.) 462: 3,  
 §. 13. Imo: 14, §. 14. 723: 9, §. 6.  
 14.) 462: 3, §. 2.

sanctam Trinitatem diuidunt, minuunt, augent. 15.)

§. 8.

*De graeci ritus vnitis.*

De his vnam saltem legem inueni, ne scilicet filii sacerdotum in praesbyteratu natu, in statum colonicalem reducantur, talesque praeuie eruditii in presbyteratum affumi possint; qui vero praesbyterorum filii in fundis colonialibus residerent, iuxta in eundam cum dominis terrefribus conuentio nem contribuere, & communia onera ferre teneantur. 16.) Quae enim passim in legibus de Ruthenis Rascianis & Valachis occurruunt, certum est, si ad inuicem combinentur, non graeci ritus Catholicos, sed Non-vnitos concernere.

## C A P U T XIX.

*De iudiciis ecclesiasticis.*

## §. I.

**I**udicia ecclesiastica secundum canones iudicant. Canones hi, generali ad easdem facta prouocatione a) legalem sanctionem consequi sunt, derogari tamen illis posse, probatur exemplis translatarum, quae iuxta canones ad ecclesiasticos iudices spectare dicuntur, b) in Seculares causarum, item solennitatum ad testamentum condendum praescriptarum, c) prout etiam, quod Romae decedentium beneficia rex conferat, d) quod item ecclesiastici, tam in realibus, quam personalibus causis, velut Seculares, coram iudicio Seculari conueniantur, e)

1233.

- 
- a) S. Steph. I: 3: §. 4. II: 2, 12 - 16. S. Ladisl. I: 1, 19, 20. (231: 2) Sigism. IV: 6. 458: 9. 553: 8, §. 3, 22. 563: 27. 567: 25. 647: 102, §. 2. 715: 27, 60. b) 458: 9. c) 715: 27. d) 514: 65. e) 2dæ: 44, §. 7. 647: 16, §. 4, 10, II.

\* \* \*

1233. In priuilegio ab Andrea II. cle-ro elargito: „Omnibus in regno nostro con-stitutis Sacerdotibus, diaconis, subdiaconis, acolythis, exorcistis quibuslibet — per tonsu-ram clericalem insignitis, talem — conferi-mus libertatem, vt si quispiam laicorum, ex iis aliquem, siue de possessione, seu de fur-to, seu de terris, seu quocunque — alio ti-tulo praesumferit ad iudicem trahere secula-rem, ipse laicus eo ipso suae causae faciat praeiudicium — si laicus clericum de quo-cunque conuenire voluerit, praelatis ordini clericatus deputatis, -- ecclesiasticis iudici-bus suae causae proponat seriem.”

Item: „cleric & personae ecclesiasticae respondeant et conueniantur sub ecclesiastico iudice super omnibus, exceptis iudiciis terra-rum -- de quibus consulatur -- Papa, expres-sis circumstantiis facti -- quod a praelatis Hungariae percepisti, quodsi iudicia terra-rum ecclesiasticarum subtraherentur a nostro iudicio, damnosum esset ecclesiis.” Vest. Comit.

1384. Ludouicus quoad competentiam fori, litem inter episcopum Transyluanum & nobiles, Saxones, ac Siculos obortam diri-

mens: „ possessiones occupatas, inquit, per episcopum Transyluaniae debite, vel indebito, iudicio Vayuodae Transyluaniae duximus committendas, ad discutiendum, finaliter terminandum, nec a modo in dicta terra Transiluana praefatus episcopus aliquo colore, possessiones nobilium possit occupare, vel sine nostra licentia & permissione comparare. ”

1642. In congregacione regni Croatiae Varasdini 31<sup>ma</sup> Aprilis celebrata, alegatis ad diaetam regni Hungariae data instructio, inter reliqua continebat: ” vt clerus regni huius ad consuetum iuris processum reducatur, qui abusue et in praeiudicium legum, abrogata quaedam priuilegia obuertens, in causis actuum potentiariorum, debitorum, & similium coram seculari foro iuri stare non vult, imo contra tales iudices pedaneos excommunicationis fulmine procedit. ”

1680. In congregacione eiusdem regni 10<sup>ma</sup> Aprilis Zagrabiae habita, episcopus Zagrabiensis Borkovich produxit priuilegia Ferdinandi III<sup>ti</sup> et Leopoldi super eo, ne iudices Seculares ecclesiasticos intuitu actuvm personalium iudicare audeant.

1708. In eiusdem congregatione praesidente episcopo, Zagrabiae 23<sup>ta</sup> Ianuarii celebrata, Status decreuerunt, vt Status ecclesiasticus secularis, in poenis violentiae & iniuriarum iudicium seculare non subeat, verum vicariali in spiritualibus episcopali attrahi debeat. Idem beneficium etiam regularibus admissum, vbi coram statibus attacti Vicarii iudicio, cum facultate superiorum separituros declarauerint, saluis tamen actionum realium processibus pro foro seculari permanentibus.

1729. Vide quae ex comitiis huius anni ad caput 1<sup>um</sup>, §<sup>um</sup> 5<sup>um</sup> relata sunt.

1745. In congregatione regni Croatiae Zagrabiae 5<sup>ta</sup> Oct. celebrata, articulo 25<sup>to</sup> diploma Ferdinandum personas ecclesiasticas pure in personalibus causis a iudicibus Secularibus iudicari vetans promulgatur.

#### §. 2.

Solent vicarii iudiciis ecclesiasticis praesse, qui non forenses, verum Vngaricae nationis esse debent, f) quamuis et visitatori-  
bns

f) 492: 45, §. 2. 46, §. 2. 500: 35, §. 1. 504: 25.  
3tiæ 25, §. 3, 5, 6, 26. (521: Bud, 42) 557:  
9. 569: 41, §. 3.


bus archidiaconis & vicearchidiaconis vitia  
 sacerdotum punire admissum sit. g) Olim  
 in omnibus causis sacerdotem concernentibus, imo et plerisque secularium, ecclesiastici iudices egere, h) nostra aetate nobilium  
 folummodo testamenta quoad solennitates, matrimoniales item Catholicorum causae,—  
 nam Graecirus per priuilegia sua, i.) Eu-  
 angelici vero expressis legibus k.) eximun-  
 tur,— ac de periurio forum spirituale concer-  
 nunt, nec mandatis fulminatoriis alias ad se  
 trahere possunt, l.) nec forum Seculare con-  
 cernentes iudicare audent. Cuiusnam vero  
 fori sit, enato dubio, rex olim decidit, nunc  
 mandatis declinatoriis iudicum ordinariorum  
 regni, ecclesiastici, exceptis causis matri-  
 monialibus parere, & causas seculares ad  
 iudi-

- h.) S. Steph. II: 12, 18, 32. S. Ladisl. I: 4, 5, 10,  
 28, 34. III: 25. Colom. I: 2, 5—9, 14, 22,  
 50, 58, 61, 84. II: 11. 222: Kollár in orig.  
 (231: 17) 514: 60, §. I. i.) 791: 27. k.) 647:  
 15, §. 3. 791: 26, §. II. l.) 458: 9. (458:  
 47) 462: 3. 464: 17. 492: 46. 500: 33. 2dæ  
 52, §. 5. 3tiæ 25, §. 3, 5, 6. Tavernic. ar-  
 ticulo 7mo. 647: 15, 16. 662: 29, §. 5, 6.  
 715: 27, §. 3. 723: 29.

iudicia secularia remittere tenentur. Mandata declinatoria tamen, post receptionem parium, disputatione ex parte incatti iam oborta, ac deliberatione interposita, locum non habent. m.) Oportet autem causam citationis & nomina citandorum exponere. n.) Depositio fit cum onere trium florenorum. o.) Iurisititia & terminos velut in causis secularibus obseruant, matrimonialibus processibus exceptis. p.) Birfagia quoque sibi adjudicant, q.) & sententias illorum magistratus seculares exequi debent. r.)

---

m.) Sigism. II: 14. III: 12. (447. 458: 46) 471:  
3. 492: 46. 498: 60. 504: 25. 2<sup>de</sup> 52, §. 13.  
618:70. 630:13. 647:15, §. 2. 16. n.) 481:17.  
o.) 729:40. p.) 454:10. 507:12. 521:(42) seu 56.  
(525:43.) 552:25. 553:22. 556:35. 557:9. 559:  
40. 563:27. 567:25. 596:38, 55. 618:70. 723:29, §.  
13. q.) Sigism. VI: 7, 8<sup>us</sup> 486: 52. 492: 66. r.)  
S. Steph. II: 12. 552: 25. 559: 41, §. 2. 596:  
55. 662: 29, §. 5, 6. 729: 28, §. 6.



1233. Inter reliqua puncta, ad quae Anderas II. apostolicae sedis legato iurauerat, id etiam erat: „nolumus, nec permittimus,— quod tractentur causae dotium, vel matrimoniales per nos, vel per alios iudices seculares.”

1384. Ludouicus rex inter episcopum transyluaniae, ac nobiles, Saxones, & Siculos, quoad competentiam fori, sic diremit litem: „factum nuptiarum, item causae dotis & rerum paraphernalium,— quartae filialis—percussiones clericorum & mulierum iudicia ecclesiastica tangentes, ad forum ecclesiasticum debeant pertinere, ita tamen, quod aliquis iudex, vel iustitiarius ecclesiasticus, nullam personam laesam—ad litigandum cogere valeat—item violatores virginum, mulierum, adulterorum, adulterarum, nisi extendant se ad sanguinis effusionem, item causae testamentariae —hoc tamen declarato, quod si causa adulterorum vel adulterarum intentatur civiliter, ad forum ecclesiasticum , si vero criminaliter, ad iudicium seculare dinoscitur pertinere.”

1447. Inter statuta per visitatorem archiepiscopi Strigoniensis in decanatibus Cibiniensi et Brassouienisi condita, lego articulo 2<sup>do</sup>: „quodsi iudex secularis in administranda ex parte laici presbytero vel clero super re profana, iustitia remissus fuerit, iudex ecclesiasticus causam huiusmodi, coram se resumere, ac iustitiam administrare potest.”

Articulo 11<sup>mo</sup> recensentur causae fori ecclesiastici, scilicet: „testamentariae quaelibet, matrimoniales, dotis, rerum paraphernalium, quartae filialis, percusionis mulierum, violationis virginum, adulterii, periurii, usurarum, simoniacaे prauitatis, sacrilegii, fortilegii, contra raptores ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum, incendiarios ac violatores immunitatis ecclesiarum, et coemeteriorum, item causae decimales, cum earum consuetis accessoriis, dependentiis, incidentiis & connexis.”

Ibidem: Decanum cognoscere, an causa ad suum vel seculare forum spectet. Benkö Milkovia.

1507. In processu inter ciues ac parochos Brassouieneses, Thomas archiepiscopus Strigoniensis decidit: „declaramus, quod dato,

to, nec concessa, aliqua commissio nostra appareret iudici Brasoviensi attributa, de capiendo quemcunque clericum vel sacerdotem facinorosum, -- dicimus declarantes, quod -- intelligitur, quando clericus vel sacerdos deprehensus fuerit in flagranti delicto -- vtputa, Sacerdos repertus est cum vxore alicuius laici in adulterio, & sic in actu venereo, tunc ne fugiat, potest capi, et praesentari, absque alia licentia, iuxta commissionem, si extat, item -- in furto -- capi potest per laicum, et praesentari decano infra 20. horas." Benkö Milkovia T. I. p. 158.

1522. In mandato Ludouici II<sup>d</sup>i ad Cibinienses exprobratur illis, quod cum aliqua causa mere profana, inter clericos et personas ecclesiasticas verteretur, non curata decani requisitione, eam iudicarent, causantes etiam spirituales ad standum coram se iuri, neglecta decani requisitione; quod, vbi decanus crima notoria inter personas illis subiectas deprehenderet, ipsi resisterent, ne per decanum emendarentur, & si multentur, multam pro se recipere conentur.

1729. in comitiis 19<sup>a</sup> Augusti, voluit Personalis, vt in periuorio ciuilis magistratus, ad poenam publicam actionem habeat. Status consentire noluerunt. Diarium M. S.

§. 3.

Causae ad iudicium ecclesiasticum spectantis promotio, nonnisi gradualis, via appellatae, ad metropolitanum, legatos, curiam Romanam admittitur, in contrauenientes 40. florenorum auri statuta, s.) Conquestus, id est rescripta apostolica, contra illos, qui exemptionis priuilegio a sede apostolica gaudentes, coram iudicibus spiritualibus in regno commorantibus in litem attrahi nequeunt, libere apportari possunt; t.) secus severissime prohibentur, adeo, vt Sigismundo regnante, litteras apostolicas, rescripta legatorum, cardinalium, auditorum, tam in causis beneficialibus, quam litigiosis, sacris vel profanatis obtinentes, crimen laefae

maie-

s.) (447) 471: 19. 481: 17, §. 3. 492: 45.  
495: 10. 498: 63. 638: 31. t.) 498: 63,  
§. 5.

K

maiestatis incurrerint, & sub Wladislao II. ad turrim mancam imponendi fuerint, similes porro litteras, apostolica rescripta, citra consensum regium publicare, vel exequi, sub poena capitis et priuationis beneficiorum vetitum sit. u.)



1500. Wladislaus rex mandauit Antonio & Georgio Canonicis Zagrabiensibus, ut causam, quam relictam Thomae Horvath, civis Montis Graecensis, vigore cuiusdam conquestus, contra consortem Mathiae C. de Frangepanibus mouisse dicebatur, discussioni et deliberationi suae, praelatorum et baronum ad futuram congregationem generalem regnicularum transmittat. Prouocat se rex ad decretum generale.

1528. Ferdin. I. confirmauit priuilegium oppidi Maros, in quo conceditur, ut nullum iudicium ecclesiasticum per aliquem episcopum vel archidiaconum posse iudicari, nisi per plebanum ecclesiae, obseruando nihilominus obedientiam ecclesiae Strigoniensis

enfis archiepiscopo, quam plebanus ecclesiae Budensis tenetur obseruare.

#### §. 4.

Fiscales ecclesiarum oboliti sunt, v) publici Notarii vero olim in foris spiritualibus authentiam habebant, iam vero extranei ab agendo arcentur, & in genere procuratores e sede vicariorum tempore discussionis exire iubentur x.)

#### §. 5.

Degradatio ecclesiastici praecedit vitae priuationem, in crimine laesae maiestatis, nota infidelitatis, homicidio, ac maiori furto. y.)

#### §. 6.

Excommunicationis & interdicti saepe fit in legibus mentio. Generaliter notandum, lite pendente, pro causa, de qua agitur, nobilis, absque scitu regis, eadem feriri non

K 2

po-

v.) 500: 34. x.) Sigism. II: 3. 500: 35.  
569: 41. y.) S. Ladisl. II: 13. 2da 44.

poteſt, nec propter ruficos ad nobiles, propter ſchismaticos ad christianos illam exten-  
dere licet; excommunicatione porro, propter citationem in cauſa ſeculari, item propter decimas locum non habente, excommuni-  
cans homagium excommunicati ſoluit. z.)



1284. Ladislaus IV. rogaſ matrem ſu-  
am reginam Elisabeth, vt poſſeſſionem Vas-  
ka ab ecclēſia Zagrabienſi occupatam, ei-  
dem reſtituat: „ alioquin, ſi — contra per-  
ſonam veſtrā & veſtros ecclēſiaſticam pro-  
ceſſerit per cenſuram, nec nobis, qui ſaepi-  
us voſ requiſiuimus, nec eidem poteritis  
imputare. ”

1297. Sub Lodomerio archiepifcopo Stri-  
gonienſi ſynodus celebraſta fuit, quae ciui-  
bus Budenſibus, ob non ſolutum praepoſito  
Budenſi tēlonium aquaticum, & a molendi-  
ni cenſum, excommunicatione minabatur.

1303.

z.) 351: 1. Sigism. IV: 6. VI: 7, 6tus. (458:  
44.) 481: 2, 3, 9. 495: 37, §. 8. 498: 61.  
500: 33, 35. 504: 23. 514: 51, §. 5.

1303. In eodem merito capitulum Bu-  
dense a legato pontificis Nicolao contra eos-  
dem litteras comminatoryas obtinet. Inter-  
dicto illis minatur, ac plebanis Pestienfi-  
bus inuestigationem committit.

1309. In Uvard celebrata synodus in-  
ter ceteros, excommunicauit illos, qui eccl-  
esiastica iudicia secularia, seu spiritualia vfu-  
pant, ea temerarie iudicando et ad sua iu-  
dicia trahendo.

1384. Ludouicus rex in saepius repeti-  
ta quoad Episcopum Transyluaniae decisio-  
ne: „Episcopus in facto possessionario lite  
pendente, ratione possessionis litigiosae, ne-  
minem poscit interdicere, vel excommuni-  
care, pro aliis tamen iniuriis et factis con-  
trarios ecclesiae illatis interdicendi et ex-  
communicandi liberam habeat facultatem.”

1394. Sigismundus censuras aduersus  
moniales de valle Veszprimiensi, per genera-  
lem collectorem camerae apostolicae, ob  
non solutionem mediorum fructuum forte la-  
tas, cassat.

1486. Mathias rex, in mandato, quo  
causam decimalem inter episcopum Zagra-  
biensem & nobiles Sclauoniae compluribus

iudicibus diiudicandam committit, interdictum per episcopum eatenus ad regnicolas impositum, remouere iussit,

## §. 7.

Notandum adhuc. Vxor, quam maritus deserit, nubere, ille ducere non audet.  
 aa) Sed si vxor maritum deserat, idem marito non admittitur. bb) Adulterium vero non rumpit vinculum matrimonii. cc) Ast haec prouocatione generali ad canones in posterioribus legibus facta; secundum canones inter Catholicos iudicari debent. Euangelici enim & Graeci ritus non vnti, in matrimonialibus, suis reguntur canonibus. dd) Hac de causa, leges in incestuosos latae ee) pro diuersitate graduum, & in reo religionis, ff) diuersum fortiuntur effectum.

\* \* \*

do. Inter canones synodi ante 1210um in Hungaria celebratae, est vnuis huius tenoris:  
 „si quis vxorem suam adulteram probauerit,

- aa) S. Steph. II: 28.      bb) Colom. II: 7.      cc)  
 S. Ladis. I: 20.      Colom. II: 8.      dd & ff)  
 791: 26, §. 11, 27.      ee) 723: II, §. 3. 12, §. 2.

rit, si voluerit, ducat aliam — quod si probare non potuerit, idem iudicium maritus patiatur, & illa, si voluerit, maritetur. Eodem modo, qui cum alterius vxore, vel quae cum marito alterius peccat, iudicetur."

Andreas filius Scenten, dicens se habere votum eundi Hierosolymam & nunquam inde reuerti, absoluit vxorem suam, dans ei nubendi licentiam alii marito, & dans ei duo capita hominum. Vxor autem contestata est per fratrem Stephanum, absoluisse maritum suum a coniugio suo, & ab omni dote, omnique debito, in quo maritus eius ei tenebatur, afferens se contentam esse duobus illius capitibus hominum, quos maritus suus ei contulit." De iudicio ferri carentis.

## C A P U T X X.

*De Pontifice Romano.*

## §. I.

**D**e pontifice etiam Romano in legibus nostris quaepiam occurunt. S. Ladislaus iam circa matrimonia praesbyterorum eundem consulere voluit. 1.) Pluribus autem legibus cautum est, ne omisso medio, conquesum, id est rescripta apostolica, quis Roma impetrat, verum gradatione obseruata, ad legatum, vel pontificem appelleat, 2.) imo semel tam de decimis, quam omnibus aliis causis in curia Romana litigare prohibitum fuit, 3.) licet tardius etiam de decimis capituli Zagrabiensis, per delegatos pontificis iudicatum fuerit. 4.)

\* \* \*

1209. Innocentius pontifex diuersa privilegia monasterio S. Benedicti de Grana  
con-

---

1.) S. Ladislaus I:3. 2.) (447,) 471:19. 481:17, §. 3.  
492: 45. 495: 10, §. 1, 4. 498: 63. 3.)  
486: 44, 45. 4.) 647: 119.

Confirmat, omnes eorundem possessiones enarrat, ac abbatem communi consensu, vel fratrum maioris partis consilio saniori, post singuli obitum, eligi praecipit.

1218. Honorius rescritbit capitulo & clero Spalatenfi, quod collecta, clero per comitem & ciuitatem, habita prouentuum ecclesiasticorum ratione, dum rex in terram sanctam per ciuitatem transiuisset, imposita, clero & capitulo nulli praeiudicio futura sit.

1224. Inter comitem Bors & abbatem Cisterciensium de monte S. Mariae, super quadam pecuniae summa, praediis & rebus aliis ad monasterium eorum de iure spectantibus, pontifex Honorius, episcopum praepositum & decanum Iauriensem delegat: „quatenus partibus conuocatis, audiatis causam, & appellatione remota, fine debito terminetis, facientes, quod decreueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari.”

1225. Honorius III. regi Andreae ad instantiam monasterii S. Martini exponit, quod Bela, pater regis, montem eorum pro munitione receperit, alium locum pro eo, licet promissum, non dederit, iam autem eundem, cum possessionibus ad ecclesiam

pertinentibus, Demetrius ex regia donatione detineat. Quare hortatur regem, ut ademta monasterio restitui iubeat. Idem pontifex mandat episcopis Vacziensi & Varadiensi &c. ut regem & comitem eatenus moneant, sibi vero informationem de peractis praefent. Innocentii & aliorum pontificum litterae MS.

1233. Andreas II. dum clerum ab omnibus collectis & lucro exemisset, addit: „super collectis vero per regnum nostrum aliis imponendas, per nos & legatum consulatur dominus papa.”

1307. Instrumentum electionis Caroli I<sup>mi</sup> continet sequentia quoque: „quod illi, quem ipsi ex antiquo & approbato eiusdem regni more vocauerant & in regem assumserant — legatus eiusdem, ecclesiae Romanae nomine, in regem verum Hungariae confirmaret, & quod etiam perpetuis futuris temporibus veri summi pontifices & ipsa Romana ecclesia haberent ius confirmandi & coronandi reges Hungariae, de vera regali progenie propagatos, quos ipsi vnanimiter & concorditer de dicta progenie ducerent eligendos.” Vest. Comit.

1309. In iuramento per Carolum Ium deposito: „Papam Romanum & legatos ipsius ecclesiae Romanae non impugnare, sed potius defendere, eiusque ecclesiae Romanae iura non laedere, nec terras ad ipsam pertinentes, vel statuta, seu ordinamenta ipsius in eisdem terris scienter violare.”  
Vest. Comit.

1446. Dionisius archiepiscopus Strigoniensis Cibiniensem & Brassouensem decanos, ab exequendo vlo citra consensum suum mandato apostolico inhibet. Benkő Milkouia T. I. p. 261.

1467. Mathias ad Pium IIidum scribens: „mandat mihi, inquit, per litteras suas, Sanctitas Vefra, vt processibus apostolicis contra assertum Bohemiae regem Georgium faueam & assistam — nec quidquam me mouent pristina foedera temporum necessitate conflata, quae omnia scio facile authore apostolica posse dissolui.” Ganoczy in episcopis Varad. P. I. p. 403.

### §. 2.

Circa stolam de imperfectis postulatam ad instantiam regum bullae emanarunt,

§.) Be-

5.) Beneficia bullatis dare, crimen laesae maiestatis erat. 6.) Tardius statutum fuit, vt ea, quae ad curiam Romanam habitantibus collata sunt, occupentur, ac per regem, regnocolis, non forensibus conferantur, illi vero, qui non a rege, vel ius patronatus habente, beneficia impetrant, ad aquam proiiciantur. 7.)

### §. 3.

Porro a statibus recognitum fuit, quod pontifex a iurisdictione ordinariorum quospiam priuilegiis eximere posset, 8.) quod item praelati, licet relaxatio annatarum a centum annis continuauerit, a pontifice bullas redimere, ab eodemque confirmari debeant. 9.) Ut autem ius nominandi regi in saluo maneat, beneficia habentes Romanam petituri, vel aequiualebs prouentuum annualium ex propriis bonis regi obligare, vel a pontifice assecutorias impetrare iubentur, beneficium illorum in regno illaesum manfurum, si in vrbe decederent. 10.)

Inno-

- 
- |              |           |                    |                    |
|--------------|-----------|--------------------|--------------------|
| 5.) 486: 63. | 492: 29.  | 6.) 404: 1 - 4.    | 7.) 495:           |
| 31.          | 498: 56.  | 8.) 498: 63, §. 5. | 9.) 498:           |
|              | 69, §. 2. | 504: 12, §. 2.     | Imz: 10, §. 3, II. |
|              | 548: 9.   | 550: 14, 15.       | 10.) 514: 65.      |
|              |           | 649: 87.           |                    |

\* \* \*

Innocentius III<sup>is</sup> pontificatus sui anno tertio, 5<sup>ta</sup> idus octobris scribit regi, ne quis haereticos receptare, defendere praesummat, statuens, vt nisi talis commonitus a sua praesumptione cesseret, ipso iure, sit factus infamis, nec ad publica officia, nec testimonium admittatur, sit etiam intestabilis.  
Innocentii litterae MS.

Idem litteris Terentini, 7<sup>ma</sup> idus Iunii, pontificatus sui anno 9<sup>no</sup>, Strigonensi archiepiscopo & Agrienzi episcopo scriptis, Latino in secundo affinitatis gradu, a pluribus annis, ex ignorantia necessitudinem hanc matrimonii impedimentum esse, vxori cohabitanti, dispensationis gratiam impendit. Ibidem.

1317. Pray in diatribe sua in dissert. de S. Ladislao producit Rufini de Cimino nunci a Ioanne XXII<sup>do</sup> ad partes regni Hungariae pro collectione fructuum destinati litteras, ex quibus patet, quod ex vocantium beneficiorum fructibus ultra sex marcas annuatim valentibus medietatem pro pontifice acceperit.

1338. Carolus rex mandat omnibus praelatis & ecclesiasticis viris dignitates tenentibus, ut cum nuncio Papae, de collecta sexennali rationes ineant. Ibidem.

1394. Sigismundus praecipit fructuum & reddituum camerae apostolicae in regno Hungariae collectori generali, ne sanctimoniales de Valle Veszprimiensi, ratione mediorum fructuum, seu aliarum solutionum camerae apostolicae debendarum, aggrauare praesummat, cum ad huiusmodi solutionem non obligentur.

S. 4.

Interdum plures ecclesiae a summo pontifice vniebantur, non obstante hac vnione a statibus tamen earundem separatio decernitur. 11) Etiam concilii celebratio a pontifice petitur, licet obscure ius istud regi quoque a statibus tribui videatur. 12) Quoad quinque mille florenos a primate Pázmány pro conuictu nobilium Tyrnauiensi fundatos, pontificis confirmatio accesit. 13) Subsidium denique contra Turcas a pontifice

11) 507: 13. (518: Bach. 17, 26. 519: Bacs.) 12)  
548: 13. 13) 741: 43.

fice praestandum, ab ipso petitum, & hac  
de causa oratores a statibus ad ipsum missos  
fuisse, etiam in legibus vestigia supersunt.

14)

## C A P U T XXI.

*Jura Regis circa obiecta ecclesiastica.*

§. 1.

**E**st et regis nostri in ecclesiasticis magna auctoritas, & quidem cum rex Andreas, regalem in secularibus, clericalem in spiritu- libus se prae se ferre dignitatem dicat, a) Werböczy item afferat, regem ex nutu summi pontificis praelaturas conferre, b) for- fitan in origine ex concessione papali, nunc autem delegata sibi per leges patriae aucto- ritate.

§. 2.

Sunt reges omnium ecclesiarum funda-  
tores, adeoque in omnes, parochiis exceptis,  
ius

14) 474:7. (518: Toln. 20) 596: 22.

a) 222, in Kollár orig. b) Ius: II, §. 2,

ius patronatus habent, c) supremi ecclesiastorum patroni sunt, d) et ad libertates eorum seruandas se obligant, e) sed & vicissim ab ecclesiasticis homagium fidelitatis, velut a Secularibus exigere possunt. f)

§. 3.

Dignitates ecclesiasticas rex Vngaris, vel partium annexarum incolis gratis confert, nec easdem vacari faciet, g) imo praelati, virique ecclesiastici, si quae beneficia ecclesiastica conferre possunt, ex indulitu regio hac auctoritate pollent, h) alii vero ius patronatus habentes, coram rege id probare debent, i) sunt etiam exempla, vbi status vniuersa iura patro-

- 
- c) Imze: II, §. I. 504: 26. 647: 100. d) 723: 71. 791: 23. e) 490: §. 2. 687: I. 715: 2. 741: 2. 791: 2. f) Imze: 12. g) 439: 5, 21. (458: 20.) 490: §. II. 659: 38. Item: Sigism. VI: 21. 453: 3. 458: 7. 486: 37. 498: 21, 26, 56, §. 3, 67. 504: 10, 27. 507: 13. 514: 24, 59. Imze: II, §. I. 521: 34. (525: Rakos 2.) 526: 21. 548: 8, 47. 550: 18. 552: 42. 567: 31, §. 8. 569: 35, 36. 572: IV: 8. 587: 39, 46, §. 2. 596: 39. 606: 5, §. 3. 609: 73, §. 33-38. 622: 29, §. 6. 647: 20, §. 5. 681: 27. 741: 15. h) 498: 67, §. 2. 723: 55. i) 553: 9. 569: 36.

patronatus a regibus collata reuocarunt, ei-  
demque reuindicarunt. k) Vni autem plu-  
ra conferre beneficia, nec regi quidem, sed  
nec priuatis licet, l) quamuis & hoc iam  
illis legibus, vbi plures tituli ecclesiastici, ci-  
tra vllam contradictionem, vni tribuuntur,  
indultum esse videatur.

\* \* \*

2225. Andreas II. monasterio de Mon-  
te S. Mariae priuilegium concescit, in quo:  
„ Bors comes, si filios non habuerit, mo-  
nasterium suum coram deo et sanctis eius ob-  
tulit nobis, nostrisque successoribus. Si ve-  
ro filios habuerit, suis posteris in perpetuum  
remanebit. ”

1235. Pray in Hier. P. II. p. 162. pro-  
ducit Gregorii IX. litteras, ex quibus patet,  
in capitulo Varadiensi, alias canonicos Be-  
nedictum, alias Primogenitum pro episco-  
po elegisse. Prior per laicalem potentiam  
intrusus dicitur. Committit legato suo ne-  
gotium pontifex.

1244.

k) (518: Bacs. 16. 519: Bacs.) l) 471:13:  
507:13. 514:59. (518: Bacs. 16. 519: Bacs.)  
723: 55.

**1244.** Ibidem p. 253. Bela rex rogit pontificem Innocentium IVtum, vt Artolpho, episcopo Transyluanensi, per capitulum Iauriense canonice postulato, licentiam Iaurinensem ecclesiam transeundi, paternaliter admittere dignetur.

**1255.** Bela IVtus monialibus de insula Leporum confert ius patronatus, quod in eccllesia S. Mariae in ipso castro Pestieni construenda fibi, vtpote vero patrono competit, cum omnibus his, quae ipsum ius patronatus in suis capitulis seu articulis dignoscitur continere.

**1265.** Clemens IV. a capitulo Colocensi electos, Demetrium reiicit, Stephanum confirmat. Pray Hier. P. II. p. 64.

Ladislaus IVtus, sine dato, ius patronatus monasterii de Borskées, Demetrio & Michaëli comiti Nitriensi, a patre suo collatum, a se vero comiti Laurentio datum, prioribus restituit, & huic data super patronatu priuilegia cassat.

**1299.** Andreas III. litem inter Transylvanum ac Agriensem episcopos, de terra Marmaros enatam dirimit, & ad prioris dioecesim ponit.

1317. Caroli regis litterae, pro ecclesia B. V. de Monte S. Mariae de Kedhel clargitae continent, ut vniuersi liberae conditionis homines, ad possessiones illius secure veniant, sub sua & comitis Soproniensis, eandem ecclesiam vice personae suae protecturi speciali protectione permanfuri.

1317. Monasterio S. Crucis in Austria Carolus Ius priuilegio suo promisit, quod ipsos, vniuersasque possessiones eorundem, in advocatiam & defensionem suam recipiat specialem, omnibus iniungens, ne ceteri huiusmodi aduocatiam titulo hereditatis monasterio per progenitores eorum datae, se intrumittere praefumant, sed aduocatum, seu defensorem, vice personae regiae maiestatis, quem voluerint, eligant.

1317. Ioannes XXII. electionem Demetrii per formam scrutinii a capitulo factam cassat, & Ladislaum a rege commendatum ecclesiae Colocensi praeficit. Pray Hier. P. II.

1323. Chanadinus praepositus Varadiensis, secretarius notarius & comes capellae regis Caroli, per capitulum Agriense in episcopum electus, per Theophilum capituli

Strigonienfis praepositum, authoritate metropolica sibi concessa, sub speratificationis summi pontificis confirmatur. Ganoczy episc. Varad.

**1346.** Ludouicus rex praeposituram de Ságh a Bela IVto sub protectionem regalem, tanquam veri patroni receptam, iterum sub sua protectione constitutam declarat.

**1386.** Donationi Blasio Forgach de castro Ghymes datae, etiam ius patronatus ecclesiarum in eisdem villis exstructarum, insertum est.

**1387.** Sigismundus Ioanni comiti Veglæ, castrum Cheten, & districtum Klokoch in comitatu Zagrabiensi, confert cum patronibus ecclesiarum.

**1392.** Idem rex Nicolao Treutul, comiti de Posuga, totum ius patronatus monasterii de Zebegen, in comitatu de Baronia existentis, post mortem Laurentii filii Nicolai de Papy, sine heredum solatio vita functi, ad se deuolutum, eidem Nicolao & fratribus illius perennaliter confert.

**1398.** Idem ciuitatem Varasdensem Hermanno comiti Ciliae cum ecclesiarum patronibus confert.

**1399.**

1399. Item comitatum Zagoriae eadem ratione.

1404. Sigismundus mandato ad archiepiscopum Strigoniensem Ioannem dato, Ioannem praepositum Posoniensem, plebanum Budensem & secretarium suum, cum universo clero sibi subiecto ab archiepiscopi jurisdictione & iudicio eximit, suo dunat iudicio & iudicatu vult esse subiectum; mandat item, ut nec in curia Romana, nec extra, contra eundem litem moueat.

1412. Idem Nicolao comiti Veglae insulam Veglensem confirmando, iura patronatus ecclesiarum inferuit.

1435. Idem confert castrum Makovicza, alias Bodonyvára in comitatu de Saros, Kemencze in Abauj, Köszek & Somos, cum iure patronatus in praepositura Mislenfi, per familiam Segnyei fundata, nouae donationis titulo, Sigismundo de Lapispatak.

1527. Ferdinandus Iusus Ioannem Gervan de Musina episcopum Chanadiensem nominat. In aliis litteris ius patronatus regium illi confert, ut vniuersa beneficia, tam dignitates, quam canonicatus & rectoratus

altarium, conferre posse, ita tamen, ut effluxo trium annorum spatio, collatio praepositurarum ad regem deuoluatur.

1553. Idem Paulo Bornemisza episcopo Transyluanensi, concedit ius patronatus conferendi singula beneficia, dignitatesque ac canonicatus et praebendas, exceptis praepositura maiori et archidiaconatibus cathedrali ecclesiae Albensis et de Kikelew, quorum collationem sibi reseruat.

1556. Idem Georgium Body electum Chanadiensem fecit administratorem episcopatus Agriensis, ac — 1.) dat illi facultatem ad officium vicariatus, quem voluerit, promouendi. — 2.) dignates et canonicatus in ecclesia vacatuos ne conferat, sed personas idoneas regi praesentet ac commendet. — 3.) Rex admittit, ut rectoratus facelorum, et altarium, quos alias episcopi contulerunt, etiam conferat. — 4.) Decedentium sacerdotum ac canonicorum testamenta, legitimas dispositiones confirmet, res autem et bona ab intestato decedentium, iuxta dictamen conscientiae suae, in usus ecclesiae, consanguineorum demortui, pauperum conuertat, secundum canonum prae-

scri-

scripta. — 5.) Ex prouentibus episcopatus rex illi, quousque de idoneo episcopo ecclesiae prouideri poterit, 400<sup>tos</sup> florenos hungaricales, 200<sup>tos</sup> cubulos tritici &c. assignat.

1560. Huc spectat totum decretum Ferdinandi, inter decreta regni editum, in specie §. 13. „Archiepiscopi et episcopi, qui a nobis ius patronatus conferendi beneficia habent, eiusmodi beneficia vacantia — personis ecclesiasticis — conferre teneantur.” §. 14to „Si vero archiepiscopi et episcopi, ius patronatus a nobis non habent, nos ipsi conferemus.”

1569. Maximilianus auctoritate iuris patronatus regii, Antonium Veratum, ex episcopatu Agriensi, ad archiepiscopatum Strigonensem transfert, nominat, praesentat. In aliis litteris concedit illi, auctoritate iuris patronatus regii, omnia beneficia ecclesiastica, praeposituras, lectoratum, cantoratum, custodiam, canonicatus et praebendas in Strigonensi & collegiatis ecclesiis conferendi.

1703. In conuentione Kollonichiana, in vno puncto statuitur, ut vacantis beneficij prouentus, si ultra quadrantem anni

vacet, bifariam diuidantur inter fiscum et ecclesiam.

1733. In instructione pro directione cassae parochorum 23<sup>ta</sup> Augusti data, puncto tertio : „Episcopatus Varadiensis mensa ad annos  $\frac{m}{17}$  florenos restricta, residuo vero bonorum, ad eundem episcopatum hactenus tentorum corpore seu eorundem redditu ad memoratam cassam pariter destinata, & erga annuos  $\frac{m}{24}$  fl. de facto inarendam elocato.“

Ibidem puncto 5<sup>to</sup>, bona 24<sup>ta</sup> Aprilis nominato episcopo Lauriensi eo modo tradita esse, ut retentis pro mensa sua annuis  $\frac{m}{12}$  florenis residuos prouentus cassae parochorum extradare debeat.

#### §. 4.

Aufert et aliis consert rex beneficia contra statuta regni peccantium, m) ea quae ius patronatus habentes, non contulerunt, n) inter quae referuntur etiam illa, quae personis ad curiam Romanam habitantibus, obli-

m) 507: 8, n) 569: 36.

obligata, intra annum non liberantur, o) vti et iudicis ecclesiastici, causam secularem, ad litteras praeceptorias, ad forum seculare non transmittentis, p) ad residentiam denique suam non redeuntium. q)

\* \* \*

1236. Bela IV. occasione reuocationis perpetuitatum inter se et monasterium de Kedhel contentionem enatam referens, ob admonitionem sedis apostolicae, <sup>200<sup>tos</sup> zoanos salium, et medietatem terrae Sydan illi restituit, ac sigillo priuilegiali hanc donationem se confirmaturum promittit, si reddiderint priuilegia super his, quae regi reliquerunt.</sup>

1367. Ludouicus rex, Stephanum episcopum Zagrabensem, tanquam notorium in sua aresta, imo etiam captiuitate diutius conseruatum, de regno, veluti de numero fidelium bannitum exulauit, ac posteaquam in exilio per plura tempora in curia Romana perstitisset, innocentem declarauit.

1560. §. 12. Ferdinandus I mus etiam praepositos abbates &c. omnes ecclesiasticos, ad residendum in ecclesiis suis adstringit.

§. 17mo vero: „Quod si — aliquis — praelatorum bonis — ecclesiasticis, praeter ordinem et modum superius declaratum, abuteretur, vel in suum proprium usum, aut alios non pios usus conuerteret, talem a — bonorum ecclesiasticorum cura et dispensatione, prout exnunc, ita extunc, & prout extunc, ita exnunc, priuatum esse volumus.”

1729. In diaeta mandatum consilii belli- ci lectum, vigore cuius Petrus Bakics, epi- scopus Bosnenis, ob multos excessus suos, prouentibus Diakovienibus priuatus, ac ex- tra Sclauoniam, vel ad Brod semet confer- re iussus fuit, cum alioquin Diakovia epi- scopatui annexa non sit, sed pro residentia solummodo illi data extiterit. Clerus, cum modus procedendi, nec legibus patriis, nec canonicis conformis sit, pro restitutione illius supplicandum esse censuit. Status in eo co- aluerunt, vt cum clausula: rebus sic stan- tibus, instantia illius maiestati commende- tur.

## §. 5.

Nullae litterae apostolicae, cardinalium legatorum, auditorum, curiae Romanae iudicium & officialium, nec non citationes, inhibitiones, rescripta, executiones, & processus, tam in beneficialibus, quam in foro contentioso, siue in Romana curia, siue extra, per quoscumque iudices Papales et executores emanatae, sine consensu & licentia speciali regis, recipi, publicari, & executioni demandari possunt, sub poena capititis ac priuationis beneficiorum & rerum singularium. r.)


## §. 6.

Rex dispensare potest, vt secularia bona ecclesiastici aquirant, s.) oppignorata illorum bona redimit, ordinique ecclesiastico restituit, t.) extraneos ad residentiam reuocat, u.) & a Romam petituris vel quantum preventus beneficii annualis efficiunt, sibi de patrimonii eorum obligari curat, vel vero illi assecutorias a pontifice regi tradunt, ad casum deceffus ipsorum in vrbe, beneficium sic vacans futurum, in regno saluum mansurum. v.)

I 202.

---

r.) 404: 5. s.) 647: 17. 715: 16. t.) 537: 19. 587:  
39. u.) 495: 30. v.) 514: 65.



1202 Bela III<sup>us</sup> confirmat donationem villa Martini & Bojoith, per Benedictum vayuodam vxori suae Thota, dotis nomine factam, et facultatem illi dat, easdem, cui voluerit, donandi, vel vendendi, siue ecclesiis, siue aliis.

Andreas II<sup>dus</sup> priuilegio hospitibus in villa Varasd commorantibus, id quoque concedit, vt si quis haerede carens decesserit, libere disponat suam possessionem, siue ecclesiae, siue cuilibet suorum cognatorum.

1266. Nana comes heredum solatio destitutus, omnes possessiones suas, cum consensu regis Belae IV<sup>ti</sup> monasterio monialium de insula B. V. legat.

1267. Petrus & Paulus iobagiones castri de Koaft, terras eorum Vajszlo vocatas, ecclesiae B. V. de insula contulerunt, semet ipsos in iobagiones ecclesiae transferendo. Rex confirmauit.

1269. Idem rex confirmat, quod Paris filius Alexandri omnia bona sua, praesertim Benzeny in comitatu de Walko iisdem monialibus de insula legauerit.

1270. In priuilegio archiepiscopo Strigoniensi dato, Bela IV<sup>us</sup> concedit, vt nobiles regni, ecclesiae Strigoniensi, possessiones suas, viuentes & morientes, sine requisitione regia legare & donare possint, sed Vduornici, Tauernici, ac ceteri seruulis conditionis homines, regi & reginae subiacentes & ad certa seruitia deputati, hoc sine speciali regis concessione facere vetantur.

1272. Petrus nobilis de Zederkin, omnia bona sua monasterio B. V. de insula legat. Rex confirmat.

1273. Moyses comes Simegiensis possessiones suas hereditarias, cum consensu regis Ladislai IV<sup>ti</sup> iisdem monialibus legat.

1291. Fennena regina, iisdem possessionem suam reginalem Sumchud, in comitatu Albensi confert. Andreas III<sup>us</sup> confirmat.

1297. Lampertus filius Chepani de Keych, iobagio castri Supruniensis, abbatii & monasterio de Kedhel, terram centum iugerum donat. Andreas III<sup>us</sup> confirmat.

1347. Iudices Budenses regi Ludouico & matri eiusdem Elisabeth, adiudicant medietatem molendini, in calidis aquis, quam  
comes

comes Wluengius capellae SS. Stephani, Ladislai, ac Emerici a se fundatae legauerat. In sententia exponitur, quod Carolus rex hanc molendini partem Wluengo contulerit, sed quod post mortem illius ad regem deuolui debuisset.

1356. Secundum priuilegium a Ludouico rege ciuitati Kaproncza datum, si quis ex ciuibus, sine prolibus, vxore et cognatis obiit, duae partes pauperibus, & ecclesiae ciuitatis, tertia ciuitati cesserunt.

1361. In priuilegio ciuitatis reginalis Modor statuitur, vt qui ex ipsis absque heredibus deceperit, cuicunque ecclesiae, vel aliis voluerit, legandi et testandi habeat facultatem.

1364. In priuilegio ciuitatis Cassouensis est, vt ipsi vniuersa palatia, domos, vineas, molendina, et omnes hereditates suas, sub censu Purgrecht vocato, testamentaliter, aut alio quocunque modo ecclesiis, monasteriis, capellis, altaribus, libertare valeant, sub modis, formis, et conditionibus, in litteris patentibus regii exinde confectis.

1528. In priuilegio oppidi Maros per Ferd. I. confirmato, incolis et hospitibus eiusdem

eiudem, nulli alteri ecclesiae, nisi parochiali, ius legandi conceditur.

1560. §. 19. Ferd. I. mandat, vt episcopis in occupatione bonorum et prouentuum ecclesiasticorum de manibus secularium & idiotarum vniuersi auxilio sint.

### §. 7.

Praelati omnia ex donationibus regum possident, x.) & eorum beneficia rex pariter Vngaris, vel qui ab antiquo coronae sunt subiecti, nobilibus tamen confert, y.) licet subsequa lege, vt nobilium potior ratio habeatur, z.) id implicite sublatum sit. Proventus praelatorum ecclesias desolare permittentium, rex sequestrat. aa.) In ipsis beneficiis succedit rex praelatis, bb.) in aquisitis autem, si ab intestato decedant, aut si testamento condito, nec conuentioni Kollonichianae satisfaciant, nec consensum a rege super testandi facultate impetrant. cc.)

### §. 8.

x.) I<sup>o</sup>: 13. y.) 514: 24. 521: 34. Vide leges ad §um 3<sup>um</sup>. littera g.) citatas. z.) 606: ad §um, §. 3. aa.) 723: 71. bb.) I<sup>o</sup>: 10, §. 3. cc.) 715: 16.

## §. 8.

Abbatias et praeposituras clericis Secularibus collatas rex aufert, aliis ecclesiis iam annexas separat, abbatibusque regularibus illius ordinis confert, dd.) claustra pro lubitu intrat, ee.) praeposituras & abbatias, ab exemplo iam habito, ad scholas applicare quidem, ff.) et pinguiores, quo usque debita sua persoluat, retinere gg.) posset, nisi Status & ordines, posterioribus legibus, easdem et omnes ecclesiias, fundationis item cuiuscunque nominis, in suo statu & fundatione seruandas esse hh.) cauissent.

\*     \*     \*

1474. Michaël Orszag de Guth, palatinus, auctoritate iuris patronatus, sibi per regem hac vice concessi, praesentauit generali vicario Strigonienfi, pro abbatia de iuxta Gron, Ioannem de Zechen.

1530.

---

dd.) 498: 11. 500: 32. 504: 27. 507: 13. ee)  
 S. Ladisl. I: 35. ff.) 548: 12. 550: 19.  
 gg.) 518: (Bacs 17. 519: Bacs.) hh.)  
 588: 44. 599: 35. 606: ad 5<sup>um</sup>, §. 5.  
 613: 32. 791: 23.

1539. Ferdinandus I<sup>us</sup> confert abbati-  
am de Tihany Iohanni de Choron adole-  
scenti, vsque legitimam illius aetatem ve-  
ro, Andreae de Choron, patri Iohannis,  
gubernationem abbatiae committit.

§. 9.

Capitulorum et conuentuum deserto-  
rum sigilla rex conquiri curat, et donec re-  
staurentur, apud se retinet. ii) Capitula quo-  
que rex postliminio restituit. kk) Circa ca-  
nonicatus autem, combinatis legibus ll) id  
prodit — a) eosdem reges, sed etiam — b)  
praelatos contulisse — c) Praelatos absque  
consensu regis nulla beneficia conferre posse,  
& cum istud, postrema quoque eatenus lata  
lege confirmatum sit, nec in vlo decreto re-  
gi obligatio imponatur, vt ius conferendi  
canonicatus, seu alia beneficia praelatis lar-  
giatur, sequitur regem de lege canonicatus  
et alia beneficia pro lubitu conferre posse,  
vel alteri ius conferendi tribuere.

1417.

---

ii) 550: 61. kk) 751: 7. 765: 10. ll) 486:  
10, §. 8. 495: 31. 498: 67, §. 26. 526: 21.  
609: 73, §. 33-38. 647: 102. 723: 55.



1417. Sigismundus rex Conſtantia vrbe Andreae episcopo Varadiensi, pro prima canonicatus et praebendae vacantia, auctoritate iuris patronatus regii, Ioannem filium Gasparis de Zapulo, plebanum de Lamperhaza, dioecesis Agriensis, praefentat, et quidem regalibus, seu quorumpiam aliorum litteris harum in contrarium datis non obſtantibus.

In ſtylo cancellariae Mathiae regis eſt insertum mandatum ad episcopum Transylvaniae, vbi obiurgatur, quod canonicatum Albensem, praepoſito Albensi et ſecretario regio a rege collatum, alteri contulerit, iubet eundem illi resignari, ſecundum autem vacaturum canonicatum illi conferendi facultatem largitur.

1537. Thomas de Zalaháza, epifcopus Veszprimiensis, canonicatum in ecclesia ſua Agriensi vacantem, ſua ordinaria & iuris patronatus auctoritate, Franciſco de Ujlak, praepoſito Poſoniensi, ſecretario regio & cancellario ſuo confert.

## §. 10.

Conuentus etiam rex restaurat, & iure patronatus conuentuum sigilla habentium solus rex gaudet, mm) Claustra vero & collegia sine assensu regio augere non licet. nn)

Quid iuris denique rex, circa scholas, decimas, excommunicationemque habeat, in praecedentibus capitibus sufficienter explicatum est.

## Reflexiones in praemissa.

*Ad caput Ium §um 4tum de bonis ecclesiasticis.*

Cum aetate nostra primo quidem, sublata societatis Iesu religione, dein aliis etiam ordinibus, bona illorum diuersam sortem nacta sint: merito queri potest, num ius sit de bonis istiusmodi ad arbitrium disponendi. Mea quidem opinione, non tantum abolitorum ordinum, sed etiam omnia bona ecclesiastica ad seculum trahi possunt.

M 2

Con-

mm) 471: 18. 498: 11. 569: 48. 598: 38. 629:  
50. nn) 715: 102, §. 3.



Consideremus primo obiectum ex mente fundatorum. Expressa partim, partim praesumta fundatorum mens est, ut secundum canones illis ecclesiastici fruantur. Si huic non satisfiat, ex mente quoque fundatorum ciuitati ius est, bona haec ad se recipiendi, et mentem fundatorum adimplendi. Dubitem, canonibus, prout stricti iuris est, satisfieri. Iuxta hos tertiam partem in ecclesias, tertiam in pauperes conuertere deberent: imo secundum canonem CXII<sup>um</sup> synodi antiquae ex codice missali capituli Ponsoniensis editae, plane tres quartas aquisitorum suorum in utilitatem ecclesiae conferre obligarentur; in conformitate vero legum nostrarum desolatas ecclesias restaurare. Non video his satisfieri. Praeter superbas basilicas, exceptis item ecclesias in propriis ecclesiasticorum bonis existentibus, alibi onus hoc populus fert. Populus alit pauperes. Igitur menti quoque fundatorum magis congruum est, si bona ecclesiastica a clero adimantur, & sub administratione publica ad cultum eiusque ministros intertenendum, pauperesque alendos conuertantur.

Porro

Porro menti fundatorum, nunc clerus maxima ex parte ne quidem satisfacere potest. Eotum omnes catholicam religionem professi sunt. Qui enim pauci aderant Ismaëlitae, Saraceni, hi comparari non possunt, cum multitudine illa, quae nostra aetate a Romanis Sacris aliena est, & alioquin Ismaëlitæ, Saracenos, ultra 13<sup>um</sup> Seculum apud nos vix reperies. Iam diminuto curae cleri catholici credito populo, onus quoque illi incumbens diminutum est. Nec itaque iustum, ut nunc iisdem, quibus olim fruatur beneficiis.

Sed altius adhuc repetendum est negotium. Fundationes maxima ex parte a regibus oriuntur. Ex bonis in publicos usus destinatis fieri debuerunt. Accreuit aliunde onus populo. Hinc ad alleuiandum populi onus, iterum ciuitati ius est, eadem in commoda totius reipublicae conuertendi. Ecclesiasticos ego, ut ministros publicos respicio. Sed quoad reliquos patriae officia obeuntes, multa immutata sunt. Primis seculis habebant beneficia quaedam ex bonis ad castra spectantibus; partem tributorum, seu ut nunc vocamus teloniorum, cen-

tesimam, vicefimam decimarum ii, qui comitatibus praerant. Successu temporis haec omnia mutationem subiuerunt. Nullam itaque rationem video, cur officiales reipublicae illi, qui ecclesiastici vocantur, etiam ratione prorsus eadem tractari nequeant. Soluantur vti alii, bonis migrant.

Vltro. Intertenentur ecclesiastici catholici, ob munia publica, quae gerunt, quod scilicet homines, virtute, exemplo suo, ad unionem ciuilem fortius conseruandam animent, lites, iurgia, caedes innumeratas anteuertant, ad legitimandam cuiusvis aetatem, statum, hereditatem suam, regesta nascientium, morientium, & coniugatorum seruent. Qui graues has reipublicae curas sustinent, parochi, minimis fruuntur beneficiis. Et idem totum faciunt etiam aliarum religionum sacerdotes; Graeci ritus popae, Evangelici ministri, & quibus totam sapientiam nos debere agnoscimus, erga quos tamen ingrati sumus, Hebraeorum quoque rabbini. Aut igitur omnibus ex publico prouidendum, aut praemissa regesta, vel vt actus ciuiles, magistratus ciuilis curae committantur, quiuis suo cultui ex propria cru-

cruinena prospiciat, bona vero ecclesiastica  
in instituta publica conuertantur.

Duas in obuersum momentosas obiectiones quoque audiamus. Vna est, quod ademtis a clero bonis, omnium proprietates vacillent. Ego quidem nullam consequiam video. Dicam, quod sentio. Status naturalis figmentum quidem philosophorum est, ad explicanda facilius multa iuria excogitatum. Sed de pacto vniōnis ciuilis idem afferi nequit. Ex peregrinationibus Cookianis & aliis certum euadit, inveniri adhuc familias, societas priuatas, quae in Societatem ciuilem necdum coaluerunt, proprietatem tamen terrarum etc. habent. Pactum itaque vniōnis ciuilis iam presupponit proprietatem singulorum. Individuae familiae coalesceunt in ciuitatem, & sibi mutuo securitatem, defensionem proprietatum suarum pollicentur. Corporationes vero, collegia, contubernia, proprietatem non nisi in ciuitate iam forma ta consequi, nec quin ciuitatem prius supponamus, existere possunt. Ciuitati itaque semper ius est, corporationibus ius adipiscendae proprietatis largiri, & dum sibi id haud

expedire videat, iterum negare. Quidquid autem ecclesiastici possident, id ecclesiarum, verbo corporum proprietas est, quae vbi & in quantum ciuitati proficuum esse videtur, iterum cessare possunt.

**Porro.** Quidquid status ecclesiasticus possidet, aut fundatio regum, aut priuatarum est. Si prius, cum quidquid ad regiam dignitatem spectat, ad nationem quoque pertineat, huic mutatis adiunctis temporis, in melius totum conuertere licet, quod delegata auctoritate prouisi, quoisque ipsi ciuitati placuerit, in hos, vel alios usus destinarunt.

Si sint fundationes priuatarum familiarium, aut easdem in communes reipublicae usus conuertendas disposuere, aut in fines tantum tesiandi, verbi gratia refrigerium animae suae et sexcenta alia profuturos. Si prius reipublicae itidem ius est, mutatis illis, quae fundatoris tempore vigebant, ipsam quoque fundationem in alios usus conuertendi.

Ad posterius vero cuiquam ius esse in infinitum prospiciendi, simpliciter negamus. Terra et quidquid usui humano inferuit, est viuen-

viuentium. Disponere, ut mutare non liceat, in tempus vbi non existas, ridiculum est. Veteres legislatores, magis reipublicae totius libertati, quam priuatarum familiarum commodis intenti, hanc irrefrictam testandi facultatem iuri naturali adversari probe norunt. Hinc limites illi actiores posuerunt. In quantum quis de rebus suis disponere potuit, ius istud tantum ad immediatos successores, quos condominium habere praesupponebant, restrinxerunt. Ille, qui testamento, legato, ab intestato successit, idem quod antecessor ius habuit. Sed in nostro feudali systemate, vbi in aeternum ius disponendi somniatur, hac fatali lege effectum est, vt alendarum vnius volae hominum causa, myriades libertatis sacrificium ferant.

Alia, opinione mea plus ponderis habens obiectio est: posito omnia bona ecclesiastica ita respicienda esse, velut officialibus reipublicae fine eo tradita, ut munus publicum, quod hic loci ecclesiasticum vocatur, gerant, cum ecclesiastici conditionibus his officium nacti sint, ut bonis antecessorum suorum fruantur, iustitiae aduer-

sari, vt illis priuentur. Ad hoc candide reponimus, id verum, iustumque esse. Nec est mea mens, vt actu beneficiis qualibuscunque prouisi, cum nullum periculum addit, illis priuentur. Utantur, fruantur, gaudeant bonis suis, imo num canonibus exinde satisfiat, canonicae ipsorum conscientiae committendum esse censeo. Apprime mihi constat, quod auctor operis: *de dominio nobilium*, — qui, vt mihi saltim videtur, pessimam causam optime defendit, — ultima pagina sua, et plus quidem quam in toto opere dixit. Sed a) licet in futurum melius prouidere, & quod longe maius est b) quaestionem eatenus mouere. Utinam viris doctis, imo cuiuis, plena in utramque partem differendi libertas concederetur. Ait somnium est libertas & politica & ciuilis, ubi censura librorum est.

Mea itaque opinione — primo: lex ferenda esset, vt intra decem annos, parochiis exceptis nulla beneficia ecclesiastica, quae interim vacabunt, conferantur. Interim pro & contra cum libertate plena disputationetur, quomodo optime in communes usus conuerti possint. Fors ecclesiis, pauperibus, cassae regni — si cassam regni in sistema-

siemate feudali habere expediat — inde prospici potest.

Secundo : Bona abolitorum hactenus ordinum, tam societatis Iesu, quam S. Benedicti &c. in seculum reducantur. Subditis omnium horum bonorum, facultas semet ipsos, velut cum Cumanis 34: 715. factum est, in libertatem afferendi, lege concedatur, ac velut Cumani vel Hajdonicalia oppida, vel saltem prout districtus tibiscanus, item Gikinda, tractentur. Sic siet, ut loco aliquot monachorum psallentium, millenae familiae beentur, & prout per statum ecclesiasticum seruitus — abstrahendo a castris tanta bona, quorum libertas maior quam nunc subditorum erat, sed magis adhuc depraedicata, qua tota hierarchiae compages subsistit, obedientia passiva, — in maiorem classem hominum introducta est, vicissim per libertatem subditorum in bonis ecclesiasticis habitantium, seruitus iterum diminuatur.

Exigua, quam hactenus habere mihi licuit, experientia edoctus sum, in regno Hungariae, fortem subditorum, qui in bonis ecclesiasticis sunt, praesertim monacho-

rum,

rum, longe beatiorem esse sorte aliorum subditorum. Causae illius mihi non satis cognitae sunt. Sequentes tamen mihi videntur esse genuinae — 1.) Multi ecclesiastico-rum, libris, materia docta, libenter semet occupant, contenti quidquid ad culinam feratur, nec vt illud angeant, solliciti; & quidem eo magis, quod — 2.) Anxia familiæ intertenendæ cura non cogantur subditis, vltra quam moris est, vti. — 3.) In omni alio statu augmentum reddituum gradatim fieri solet. In ecclesiastico vno gradu prouentus suos in decuplum et vltro nonnulli auctos nanciscuntur. Vir 2, 3, 5. millium proventus habens, ad semel 30, 50, centum milia consequitur. Nullam itaque rationem videt, cur adhuc plus a rustico eidem extorquendum sit, imo ad eorum etiam, quae stricti iuris esse putantur, relaxationem, indulgentior euadit. — 4.) Multi non introduxerunt vrbarium vltimum. — 5.) Accedit apud multos, praesertim in monasteriis existentes, quod naturae sensum non abnegauerint, adeoque in propriis subditis, consanguineos, affines, imo germanas etiam proles cernentes, eosdem mitius tractent. Qui in bonis

bonis olim Iesuitarum, Benedictinorum, harum rerum curiosus est, experitur, quantum fors illorum moderna a priori differat.

Ex his itaque concludo, quodsi subdit*i* in bonis ecclesiasticis, seu actu vacantibus, seu vacaturis viuentes, nobilibus, magnatibus, &c. prout cum aliquibus Iesuiticis bonis iam factum est, conferri deberent, ego, vt milles-nis quam paucis aliquot familiis bene sit, semper magis cupiens, horum causa mallem, vt & aboliti ordines in integrum reponantur, & omnibus ordinibus religiosis facultas bona possidendi lege concedatur. Nam si alicubi terrarum, proverbum illud germanicum: Unter den Krummstäb ist gut wohnen, verum est, in nostro systemate feudali verissimum est.

*Ad Caput secundum, Paragraphum secundum: De officiis secularibus an ecclasiasticis conferendis?*

In Mathiae decreto 1458: 8. in vestigiis comitiorum p. 303. lego: „Praelati et barones, ceterique beneficiati cleri duas dignitates, honores, baronias, seculares scilicet, ac ecclesiasticas simul tenere non valent,

leant, neque homo secularis, neque spiritua-  
lis, dignitates ecclesiasticas occupatiue fer-  
vare possit, nec *spirituales secularia offi-  
cia tenere valeant.* Vtinam huic vltimae  
legi satis fieret! sed ab ouo ordiamur rem.

Ecclesiastici — vel saltem potior eorum-  
dem pars, abstrusas illas metaphysicas quae-  
stiones, quas ob defectum experimentorum  
physicorum, a diuo Platone inde vsque  
nunc viuentem Kant, ea, qua philosophis  
satis fieret, ratione, nullus adhuc soluit —  
quod scilicet homo ex duabus essentialibus  
a se inuicem distinctis partibus constet, —  
quod nobilior illius pars, ad fines quosdam  
eminentes, vltra cursum vitae huius de-  
finata sit — quod denique directionem, cu-  
ram, nobilioris istius in homine partis, a  
conditore huius vniuersi creditam sibi ha-  
beant — veritatum instar, de quibus ne du-  
bitare quidem licet, nobis proponunt. Vn-  
de necessaria consecutione fluit, quibuscum-  
que haec plene persuadent, prae illis eos-  
dem magna praerogativa pollere, ac in ipso-  
rum oculis eo praestantiores esse, quo nobi-  
liori parti hominis, suam curam impendunt.

Quare

Quare suapte fluit, ecclesiasticos iam  
 qua tales, si quid humani patiantur, nimium  
 quantum officio suo abuti posse. Sed si mu-  
 nera secularia adipiscantur, eotum pessima  
 quaeque in rem publicam, velut et ipsam  
 religionem manant incommoda. Nam — 1.)  
 cum iam solius animae cura, seu vt illi lo-  
 qui malunt, potestas spiritualis, ipso aliis  
 eminentiores reddat, vbi accedit tempora-  
 lis potestas, facile vnam cum alia identifi-  
 cant, et omnia sibi licere putant. — 2.) Hinc  
 in officiis religionis, cuius arma sunt roga-  
 re, monere, hortari, indignitatem actionis  
 demonstrare, communione tandem fidelium  
 indignum declarare, facile media perfectam  
 obligationem, coactionem inuoluentia adhi-  
 beant, et religio, in qua omnia liberrima,  
 spontanea esse debent, plurimum de sua di-  
 gnitate amittat. — 3.) Vicissim in reipubli-  
 cae negotiis, religionis et reipublicae officia  
 confundant, vt a Deo Ter Optimo Maximo  
 priuilegiati caecam obedientiam exposcant,  
 ipsam libertatem & naturalem et ciuilem, in  
 sua radice labefactent. — 4.) Cum porro  
 in republica singulus minister publicus, ad  
 rationes actionum suarum reddendas stringi  
 possit,

posit, ecclesiastici hunc rigorem nunquam experiuntur. Velut enim a Deo misi immunitatem sui praetendunt, et huic soli se rationes reddere obligatos esse putant. Denique — 5) dum ecclesiastici officia secularia gerunt, aut utriusque muneri suo satisficiunt, aut alterutri, aut neutri. Si utriusque, argumentum est, in linea ecclesiastica, dari officia superflua, otiosa, adeoque id ipsum probat, praestare, ut quos trahunt prouentus, ciuitas reducat, in meliores usus convertendos. Si alterutri, vel neutri, potius ecclesiasticus ad aram seruiat, secularia officia secularibus maneant.

Vt itaque Werboczy assertum, quod ecclesiastici, prout nobiles, una eademque prerogativa gaudeant, nec unus habeat plus de libertate, quam alter, verum euadat — ita enim ut ecclesiasticus posset secularare officium gerere, ac prouentus illius trahere, seculari autem nec officium ecclesiasticum assumere, nec redditus muneribus ecclesiasticis adhaerentes consequi liceat, id falsissimum — est — lege stabiliendum optarem, ut — a) omnia officia secularia, nunc ecclesiasticorum curae credita, dum primum vaca-

vacauerint, secularibus tradantur. — b) ad aequilibrium inter praetensam potestatem spiritualem & temporalem manutenendum, pro gerendo quocunque officio seculari incapaces sint.

*Ad caput 5-tum de Archiepiscopo Strigoniensi.*

Ad anomala nostrae constitutionis spectat, quod in tabula regia, duo e clero se deant, et ultra hos, primas duos nominare posse, ex ciuibus autem, qui etiam status sunt, nullus ibidem intersit.

*Ad caput sextum & octauum. De Archiepiscopo Colocensi & Episcopo Vara diensi quoad foras.*

Ista quidem iam pridem cessarunt esse vetita. Cum tamen necdum abrogata sint, lege quoque admittendum censerem. Dies enim festiui optime ad talia instituta quadrant, ubi multi homines conueniunt, mutuumque sibi auxilium praestant.

*Ad caput 12-um, §um 3um Obiecta locorum credibilium.*

Horum quidem plurima vsu ipso obsoleuerunt: Sed lege necdum sublata sunt. Ego quidem, si omnis authentia, seu credibilitas loci, a capitulis et conuentibus ademta, ac comitatibus tradita fuerit, ipsi publico bono magis consultum iri iudico. Nam — 1) periculi plena res est, actus ciuiles, potestatis spiritualis directioni committere. Vnum exemplum allegare sufficiet. Lector, quid inde sequatur, ipse perspiciet. Inter grauamina 1619ni status de multis excessibus praepositi Posoniensis Balasfy queruntur, dein addunt: „et quia super praemissis contra eundem, quaedam attestations medio capituli Posoniensis sunt celebratae, verum earundem extraditio, per archiepiscopum Strigonensem grauissimis cum minis contra cursum et progressum iuris communis solitum prohibita, cum et alioquin capitulum, non curata cuiusuis prohibitione, etiam per se paria talium attestacionum extradare tenetur, faneita poena remedium afferatur.”

2do Si enocationes, oculatae etc. iam nunc citra testimonium capituli vel conuenitus

tus fieri possunt, non video rationem, cur statutiones, contradictiones, in congresibus comitatuum, et per magistratiales fieri non posint.

3<sup>to</sup> Iam anno 1729<sup>no</sup> ad vires trium millium florenorum passiones in comitatibus celebrari posse, in comitiis, licet clero dissidente, decisum fuit. Non scio, cur e lege emanferit.

4<sup>to</sup> In bene ordinata republica possessorum proprietariorum non debet fluctuare. Contradictiones fiant in comitatum congregationibus, vt quiuis possessor, vel ius ad id habens, sibi prouidere posit. Hinc

5<sup>to</sup> optandum esset, vt elenchi locorum creditibilium typis imprimantur. Qui iusto titulo quidpiam posidet, nihil, quod metuat, habet; qui iniustio, expedit vt cui ius ad rem est, etiam media non occultentur.

*Ad eiusdem capititis §<sup>um</sup> 10<sup>um</sup>. De Sessione  
et voto capitularum in co-  
mitiis.*

Ad anomala itidem nostra spectat, quod in legibus, praeposito cum capitulo simul sumto una vox in diaeta tribuatur, et tamen

capitula duos ablegatos eo mittant; quod comitatus Szaladiensis, ultra septem mille personas nobiles, seu ultra mille familias nobilium numerans duos ablegatos ad diaetam mittat, capitula autem Bosnense, Quinqueecclesiense, quae ex sex, octo personis constant, etiam duos ablegatos singulum eorum ad comitia mittat, & tamen praetendatur, quod omnes domini praelati et ecclesiarum rectores ac barones et ceteri magnates ac nobiles ratione nobilitatis & bonorum temporalium vna eademque libertatis, exemptionis et immunitatis praerogatiua gaudeant, nec habeat dominorum aliquis plus, nec nobilis quispiam minus de libertate. Sunt mala voluntaria constitutionum nostrarum dixit Seneca.

*Ad caput 15<sup>um</sup> De Parochis.*

Communis opinio est, quod plebani nobilitari praerogatiua gaudeant. Ego hoc in nulla lege deprehendi. Potius contrarium iuste deduci puto ex 662: 5, §. 5. & 681: 46. §. 6. vbi episcopis titularibus, abbatibus et praepositis minus possessionatis, siquidem nobilitari praerogatiua gauderent, ut in personis prodeant, vel loco sui equites statuant,

impo-

imponitur; quae ratio nullibi ad parochos applicatur, qui non titulo insurrectionis personalis, sed titulo insurrectionis generalis ad communia onera trahebantur. Praeterea in comitatum restauratoriis, nullam vocem quatales habent, quod tamen minimo nobili haud negatur. Iustum quoque esset, ut cum & aliarum religionum ministri, idem reipublicae officium exhibeant, iisdem etiam, velut parochi catholici, praerogatiis gaudeant.

*Ad caput 16<sup>um</sup>. De Decimis.*

Inter omnes exactiones publicas nullam onerosa, reipublicaeque tantopere noxia vix est, quam decimae praestatio. Cum enim mille fraudes in hac exactione committantur, ipsae leges tantarum transgressionum causa sunt, ac bonum, praestantem illum ab architecto vniuersi formatum animum deprauant. Nam qui in uno genere dolose agit, dolose respectiue agere stimulatur, ille gradatim in aliis momentofissimis quoque vitae suae actibus, si id sibi prodesse putet, a dolo non abstinebit. Hic autem quotannis exempla vicinorum, parentum, fratrum videt, quibus decimam celare, surripere, proderat. Etiam si decimatores oculos Argi ha-

beant, omnibus tamen technis, fraudibus detegendis non sufficiunt. Porro si puniantur, saepe ad inediā delabuntur. Et haec omnia sunt mala voluntiarum constitutionum nostrarum. Optandum sane foret, ut a iugo hoc ruricola tandem liberetur. Siue enim spectemus causas, cur decimae introductae sint, seu fines in quos conuertendae forent, seu obligationes hoc titulo in legibus impositas, omnia haec, argumenta potius ad sufferendam, quam continuandam decimae exactionem suppeditant.

Causas introductae decimae, tum in legibus, tum in diplomatis, sequentes deprehendi, quod — a) lege Mosaica id praeципiatur. Non credo, nunc ecclesiasticos ab inde titulos suos petituros. Si ex lege Mosis decimas sibi deberi praetendunt, cedant bona, gratuitaque fidelium oblatione contenti sint.

b) In novo testamento; euangelica sanctione id praecipi; sine harum solutione faluari neminem posse. Dubitem, nostra aetate quempiam tam ignorantem esse, qui haec ferio defendat. Poterat id illo tempore dici, vbi legere biblia, ad privilegia

vilegia cleri spectabant, dum seculares pauci legere sciuerant.

c.) In signum catholicae fidei, ut se christianos esse recognoscant. Omnes hae rationes, si easdem validas esse profiteamur, nobilem, velut agricolam feriunt. Cur ergo illi immunes sunt, cur hi plectuntur? Olim eodem titulo, rex, nobiles, decimam praestabant, vti exempla huiusmodi superius adduximus. Quod nunc a decimis exempti sint, vix propterea christianos eosdem non esse, catholicos esse desuisse afferetur. Sed multi quoque sunt, qui nolunt catholicam fidem sequi.

d) Ponitur etiam pro ratione vt habent, vnde viuant. Istud iustum est. Qui ad aram seruit, ex ara viuat. Sed ab eo, qui ad eandem aram Deum colit, ad quam ius decimae habens seruit. Oportet praeterea, vt quemadmodum ara, cultus, liber, spontaneus esse debet, oblationes quoque fidelium tales sint. In resolutione regia 1699. pro Catholicis in Transyluania de gentibus emanata, statuitur: „ vt decimarum quarta, quam catholici pendere debent, in posterum non a catholicis praedicantibus, seu

ministris, sed ecclesiasticis catholicis pen-  
datur, relicta pariter pro acatholicis facul-  
tate, vt ipſi ſuae religionis ministris, vt hac-  
tenus confueuerunt, dare poſſint decimas." Nec itaque apud nos iustum eſt, vt graeci  
ritus incolae, euangelici, Iudei, ecclesi-  
ſtico catholicō decimam praefent. Quoad  
Graecos id alioquin lege cautum eſt, non  
niſi per resolutiones regias decimae subie-  
cti fuerant, imo ipſa via iuris ex parte Grae-  
corum aſſumta, per mandatum regium ſifti  
debut. Quod autem Graecis iustum, Euan-  
gelicis et Iudeis etiam iustum eſſe deberet,  
ac ut omnium tam catholicorum quam non-  
catholicorum fors alleuietur, iustissimum.

e) Adhuc in diplomate 1256to archi-  
episcopatui Strigonienſi a Bela IVto conces-  
ſo, ſequentes inducuntur caſuae: „ quae et-  
iam nobis et noſtriſ ſuccelloribus corde humi-  
liatis, transgrediſ diuinis mandatis, abſolu-  
tionis beneficium, et remiſionem peccato-  
rum vice dei impertitur, ac infideles no-  
ſtriſ et ſacrae coronae per cenzuram eccl-  
eſtiſticam arcet et compellit ad nobis et ſa-  
crae coronae obediendum." Nec iſtud no-  
ſtra aetate valet. Minimum tertia pars regni,

non

non recognoscit censuram ecclesiasticam, quorumcunque episcoporum catholicorum. Et si verum sit, sacerdotes catholicos in obedientia continere populum, idem quoque ministri, popae, rabbini faciunt. Denique tam Rex quam omnes illius Ministri plene persuasi sunt, manutentione legum, quae voluntatis generalis expressio esse debent, optime obedientiam conciliari.

f.) Fines in quos decimae conuertendae essent, iidem sunt, quos circa bona restulimus, ut ecclesias restaurent, pauperes subleuent. Ex decisione pontificis Innocentii quoad decimas Simigienenses ad annum 1215 tum superius vidimus, ibidem in specie, quartam partem decimarum, velut pro fabrica ecclesiae destinatam induci. Nunc populus ecclesias restaurat, pauperes alit.

g) Accedit quod olim maius praelatis incubuerit onus, cum praeter Iudeeos omnes ipsorum iurisdictionem recognouissent. Pray in sua diatribe in dissertationem S. Ladislai, vbi p. 149. Sacerdotes Seculi XIVti decimam pontificiam praefiantes recenset, dicit: „Haec olim ratio parochiarum fuit,

Nunc alia facies est. Nam si vel sola Bi-hariensis prouincia in censum veniat, numerabimus paroecos catholicos 24. graeci ritus contra 335. Helueticae confessionis 126." Diminuto onere, an iustum sit eadem, quae olim commoda ferre, cuius diiucandum relinquo.

h) Titulo decimarum onus seruandorum banderiorum ecclesiasticis impositum fuisse, legibus superius euicimus. Nunc militiam alit populus.

i) Illud tandem omnem meum, quem de iustitia habeo, conceptum superat, quod decima semper titulo ecclesiastico desumpta fuerit, quod in signum christianitatis, catholicae fidei praestetur, & ubi leuamen quodpiam in hoc onere, per redemtionem decimae perpetuam, vel vero arendam tempoream sentire posset decimae obnoxius, ibi signum christianitatis, catholicae fidei, non illi, sed domino terrestri, alioquin a decima immuni, praestetur.

Haec omnia illuc vnicet tendunt, ut iugum decimae a numerosissima et utilissima reipublicae classe tandem auelli optem. Misericordia contribuens plebs, est perpetua cantile-na.

na. Citra sacrificium alleuiari nequit. Satis premitur contributione, vrbario, sentiat ad minus ex parte religionis leuamen.

*Ad caput 17<sup>um</sup> §<sup>m</sup> 7<sup>um</sup> De Haereticis.*

Circa leges has multa dubia mihi occurunt. Dicitur damnata haeresis. Per quem damnata? Concilium Tridentinum? Concilium quodpiam nationale? vel leges patrias? An damnata per singulas species receptorum religionum?

Porro. Damnata haeresis notam infidelitatis inuoluit. Haec olim in comitiis iudicabatur; iam autem articulares causae ad tabulam regiam translatae sunt. Ex hoc itaque capite, nota infidelitatis, non ad forum spirituale, sed ciuile spectat.

Sed optimum est, iam quaestiones has nostra aetate superfluas videri. Prout cuivis homini liberum esse debet, quam quis religionem sequi velit, eandem amplecti: ita singulae religiosae societati liberum esse debet declarare, num hunc vel alium, pro societatis suae membro agnoscere velit. Ast haec omnia nullam coactionem ciuilem involuant, oportet. Cum enim religio, maxima sui parte, in cultu interno consistat,

hinc

hinc velut omnis coactionis expers, nec pactum vniōnis ciuilis ingredi potest. Circa religionem ciuitas nihil aliud iuris habet, quam vt securitatem singulo indiuiduo proprietate mentis suae vtenti, adeoque Deum pro animi sui conuictione colenti, contra quosuis impeditores praefest. Reliqua non sunt illius competentiae.

Ipsi quoque religione christianaē hoc proprium est. Quos nouimus legislatores, Mosem, Solonem, Lycurgum, Numam, Zoroastrem, Mahometem, omnes religionem suam legibus ciilibus intertexuerunt. Solus Christus & apostoli eius, non sunt dignati legislatores ciuitatum tanto honore, vt in instituto diuino, legibus humanis, sanctimoniam addere voluissent. Qui in historia ecclesiastica versati sunt, norunt, eotum energiam suam religionem christianam amississe, dum legibus ciilibus, institutis humanis, in perfectam, coactioni iunctam, obligationem transiussent. Nec itaque ad primiuam puritatem redire, non prius diuinam suam vim, vti primis Seculis exerere valebit, donec omnis coactionis ciuilis expers, suis propriis armis spiritualibus committatur,

Haec

Haec forsitan sufficient ad dilucidandam in nuperis comitiis ab aliquibus agitatem quaestionem : num et quae religio in regno Hungariae sit constitutionalis ? Mea opinione nulla. Quia religio non potest esse obiectum pacti vniōnis ciuilis. Praeterea si historice assumamus rem, si quod primigenium pactum vniōnis ciuilis ad posteros translatum habemus, septem illa puncta sunt, quae anonymus Belae regis notarius refert. Ibi nihil de religione.

*Ad caput 19<sup>um</sup>, De iudiciis ecclesiasticis.*

Canonum saepe fit in legibus mentio, & cum sacrarum sedium sententias magistratus ciuiles exequi debeant, sequitur, incumbere magistratibus, ut noscant, qui et quales illi canones sint, secundum quos in foris spiritualibus iudicatur. Hinc iure meritoque corpus legislatuum postulare potest, ut omnes religiosae societates in regno, canones suos exhibeant, visuri, num autonomiae suae nihil contrarium contineant. Nam si ex declarationibus cleri, vbi se ad canones prouocat, iudicandum sit, vehemens mihi suspicio est, in canonibus quaepiam contineri, quae cum iure propriis legibus gubernandi, cohaerere non possunt.

Sic

Sic contra mandata declinatoria, prae-  
terito seculo, regi eotum regnanti, scriptum  
porrexit, quod legibus eatenus latis ob ca-  
nones suos non ligetur.

Sic 1722. in commissione religionaria  
Pestensi „ 10<sup>ma</sup> Ianuarii lecta erat contra  
replica cleri, articulos in negotio religionis  
conditos stare non posse, imo neque vim le-  
gis vñquam habuisse, sed nec vltierius habe-  
re quire. Nam de iure canonico, nulla sta-  
tuta, tametsi populi consensu, ita & regis  
assensu condita sint, vel fuerint, si contra  
libertatem religionis orthodoxae expositae  
fuissent, stare non posse. Iam vero omnes  
articuli in fauorem aduersariorum conditi,  
quod contra libertatem orthodoxae ecclesiae  
sint et habeantur, innegabile esset. Pro-  
inde articulos eosdem leges nullas esse, et  
in praecitato puncto nulos scriptos articu-  
los, qua vim legis minus redolentes, pro-  
firmis & stabilibus agnoscere posse. ” Ar-  
ticuli autem, quos hic tantoperc impugnant,  
illa duo vñice continebant, quae nullatenus  
negari possunt, vt scilicet proprietatem men-  
tis suae, sibi cognita ratione deum colendi  
exerceant, vt item velut communia onera  
ferunt,

ferunt, ita etiam ad omnia officia secularia  
habiles sint.

Sic 1741<sup>mo</sup> leges de decimis latae, ve-  
lut sub contradictione cleri existentes, se non  
ligare praetendebant.

Sic ex eodem capite 1741<sup>mo</sup> a deci-  
mis ne ad insurrectionem concurrent, se ca-  
nonibus prohiberi asserebant.

Aduerti, clerum nunc canonibus contra  
Ieges, nunc legibus contra canones pugnare.  
Ano 1681<sup>mo</sup>, cum status illius, canonibus  
prohibitam facultatem testandi, regulare vo-  
luissent, opposuit clerus, vnam eandemque  
praerogatiuam se cum nobilibus habere. Cum  
autem 1741. ex legibus patriis status, titu-  
lo decimarum ad insurrectionis onus peculia-  
re stringere voluissent ecclesiasticos, facrorum  
canonum auctoritate ab obligatione hac, se  
absolui volebant.

Si itaque natio Hungarica, ius propri-  
as leges condendi, et propriis tantum legi-  
bus gubernandi, in sua integritate exercere  
vult, oportet, ut clerus catholicus, sed &  
omnes reliqui, diuerso cultui addicti, suos  
legislatiuae potestati exhibeant canones, num,  
& in quantum vigorem in regno habere  
queant, per eandem diiudicandi.

Sed opinione mea, alia simplicior, et dignitati nationis conuenientior, extra usum noxios canones ponendi methodus esset, ea, ut articuli 1662<sup>di</sup>: 29<sup>ni</sup> §. 5<sup>tus</sup> et 6<sup>tus</sup> velut alioquin, posteaquam magna iam eotumablegatorum pars a comitiis discessisset, in fraudem eorum, ad legum tabulas illati, & huic succedens 1729<sup>ui</sup>: 28<sup>ui</sup>, §us 6<sup>tus</sup> iterum lege abrogentur. Habeant illi plenam, iuxta canones suos iudicandi potestatem. Sed maneant intra suos cancellos, solis armis spiritualibus, quae solum ipsorum competentiae esse possunt, precibus, adhortationibus, censura ecclesiastica, non bursagiis, mulctis utantur, magistratus ciuiles coactionem non addant, nihil exequantur. Sic & canonum auctoritas, tam in consistoriis, quam synagoga, et sanctimonia legum in regno manutenebitur.

Praemisso eo, quod magistratus ciuiles, nihil eorum, quae in sacris tribunalibus cuiuscunque religionis iudicantur, exequi debeat, optandum foret, ut faderotes cuiusvis religionis, non tamen consistoria, sed qui reapse in vinea domini laborant, parochi, popae, ministri, rabbini, in omnibus causis, media-

mediatores, primos arbitros iudices non tamen in foro contentioso, sed ut amici, patres suorum auditorum agerent. Sic venerandum ministrorum publicorum characterem imbuerent, et iuris patrii cognitione, multas lites, odia anteuenterent, vbi in moderna prouisione, ex ignorantia legum, tam multae transgressiones fiunt.

Relate ad forum contentiosum autem, quoad causas, quae hactenus fori spiritualis, et quidem Catholicorum tantum competentiae erant, multa mihi nascuntur dubia.

Periurium, relate ad effectus ciuiles; nullam rationem video, cur per Seculares iudicari non posse. Promisi me veritatem dicturum. Non dixi. Contractus contrahentibus legem ponit. Dictetur poena pro hac specie contractus. Magistratus ciuiles iudicent. Si vero, ut transgressio canonum, ob inuocatum in testem numen diuinum, consideretur: sit foris spiritualibus cuiusuis religionis, tam consistoriis, quam synagogis ius, poenas ecclesiasticas, nullatenus tamen ciuiles adhibendi.

Intuitu testamentorum, etiam rationem non perspicio, si solennitates in fashionibus,

contractibus, priuilegiis, donationumque expeditionibus adhibendae, discussione magistratus secularis subsunt, cur non solennitates testamenti?

Sed omnium minime capio, quod caue matrimoniales, in foro contentioso ad iudicium fori spiritualis catholici referantur. Ego singulo marito decidendum offero, an si vxorem adulteram habeat, caelibes viros sibi iudices deligeret? et an multo in consilium haud sit, eos caelibes viros constituere iudices, qui suas rationes bonas habere possunt, ut adulteria tecta, impunita maneant, et ultimo, si poena ferenda sit, nocentem, velut innocentem a vinculo matrimonii haud soluendum feriant, qui votum castitatis quidem praestiterunt, sed quod per votum castitatis presupponi debet, votum invertendae radicitus suae humanae naturae praestare non poterant. Combinet lector paucas leges & data diplomatica, quae ad hoc caput annotauimus. Aduertet, tam in adulterio quam in malitiosa desertione olim, aliud matrimonium innocentis parti inire licuisse. Verum postquam clerici, ubiuis ad stabiliendam hierarchiam, coniugati esse non  
aude-

audebant, canon hic de vinculo matrimonii enatus est, per quem pesima quaeque in rempublicam demanarunt.

Quare non tantum a iudiciis ecclesiasticis, quoad forum contentiosum, causas matrimoniales abstrahendas esse censeo, sed et patentales immortalis Iosephi II<sup>di</sup> et quidem eam, quae non catholicos concernit partem, velut in iustitia naturali, omnibus canonibus antiquiori, fundatam, legum tabulis inferendas, et quoad effectus ciuiles, ad omnes incolas regni extendendas suadeo, cuius alioquin eo saluo relicto, an in foro conscientiae, transalpinis potius principiis, quam beneficiis ex lege enascituris, uti velit.

*Ad caput viceustum. De Pontifice Romano.*

De Papa ea mihi est opinio, ut singuli cuius patriae arbitrio committatur, an ex dataria, vel poenitentiaria Romana, aut a patriarcha Constantinopolitano conscientiae suae consultum iri velit, dummodo quoad effectus ciuiles, nec in matrimoniiis, nec quibuscumque aliis casibus, quispiam ciuitibus decisionibus ligetur.

*Ad Caput 21<sup>um</sup>. De Rege.*

Hic magna mihi occurrit reflexio. Legibus praescriptum est, quale in coronatione rex iusurandum praestare debeat; nullibi, ut bis iuret; nullibi ut clero separatim iuret; nullibi ut prius clero in templo, dein subdio toti regno iuret. Vocatur quidem illud iuramentum de praestanda iustitia, sed reapse iuramentum est, solius cleri causa concinmatum. Inferemus idem huc, prout Kovachich in suo opere *Inauguralia a Rudolpho depositum*, vna cum rituali p. 31, refert: Nos Rudolphus futurus Deo annuentे rex Hungariae, profitemur et promittimus coram Deo et angelis eius, quod deinceps legem, iustitiam, et pacem ecclesiae Dei, populoque nobis subiecto pro posse, et nosse, faciemus, atque seruabimus, saluo condigno misericordiae Dei respectu, sicut in consilio fidelium nostrorum melius poterimus inuenire, pontificibus quoque ecclesiарum Dei dignum et canonicum honorem exhibebimus, atque ea, quae ab imperatoribus atque regibus ecclesiis collata et redditа sunt, inuiolabiliter obseruabimus, abbatibus, comitibus et vasallis nostris, con-

gruum

gruum honorem, secundum confilium fidelium nostrorum praestabimus, sic nos Deus adiuuet et haec sancta Dei euangelia."

Quid hoc est *canonicus honor*? Cur bis iurare? Quid si collisio sit inter vtrumque iuramentum? Scimus, si quis idem duobus promittat, prius promissum pro validiori haberi, nec alteri promissum, priori derogari posse. Scimus pontifices Romanos, episcopos, sibi ius absoluendi a vinculo iurisurandi, dummodo sibi promissa praestentur, arrogasse. Quare cum autonomia regni Hungariae, cum dignitate regia idem iuramentum conciliari nequit, vna cum rituali, antequam rex coronetur, per legislatiuam potestatem, examinandum foret.



